mere accipere mariā cōiu-
gem tuā. Quod eni in ea
natum est: de spiritusācto
est. Pariet autē filium: ⁊ uo
cabis nomē eius iesū. Ipse
eni saluū faciet populū su
um: a peccatis eorū. Offr.
Tollite portas prīcipes vrās ⁊
eleuamini porte eternales ⁊ in-
troibit rex glorie. Secreta

Da nobis quesumꝰ oī-
potens deus: ut sicut
adorāda filii tui natalicia
preuenimus: sic eius mūe-
ra capiamus sempiterna
gaudentes. Qui tecū. Cō.
Reuelabitur glia dñi et uidebit
oīs caro salutare dei nrī. Pꝰcō.

Da nobis quesumꝰ dñe
unigeniti filii tui re-
censita natiuitate respira-
re: cui celesti misterio pasci
mur ⁊ potamur. Per eūdē.
Si uigilia natiuit. dñi eue-
nerit dñica. dicit̄ alleluya. ut sup.

et prosa. Jubilemus. etc. Sicut in aliis dñicis. missa vero eiusdem dñice debet celebrari fe. iii. pcedenti feriali. et fiant suffragia sicut in aliis feriis. Item in die nat. dñi. cantato nono. R. pbit vel diacon9 indut9 alba et dalmatica dicat hanc ā. in sinistra parte chori solenniter. Ecce annūcio vobis gaudiū magnū qđ erit omī pplo qr natus est hodie in ciuitate dauid rex israel. Chorus respōdeat. ā. In bethleem natus ē hierusalē visus est et in omnē terrā honorificandus est rex israel. Dñs vobiscū. Et cum spiritu tuo. Inicium scti euāgelii scđm matheum. Gloria tibi domine.

Liber generationis iesu christi filii dauid filii abrahā. Abrahā genuit isaac. Isaac autē genuit iacob. Jacob autem genuit iudam et fratres eius. Judas autem genuit phares et zarā de thamar. Phares autē genuit esron. Esrō autē genuit aram. Arā autē genuit aminadab. Aminadab autem genuit naason. Naason aūt genuit salmon. Salmon autem genuit booz de raab. Booz autē genuit obeth ex ruth. Obeth autem genuit iesse. Jesse autem genuit dauid regem. Dauid autē rex genuit salomonē ex ea que fuit urie. Salomon autē genuit roboam. Roboam autem genuit abiam. Abias autem genuit asa. Asa autem genuit iosaphat. Josaphat autem genuit ioram. Jorā autem genuit oziam. Ozias autē genuit ioathā. Joathā autē genuit achaz. Achaz autē genuit ezechiā. Ezechias aūt genuit manassē. Manasses autem genuit amon. Amon autem genuit iosiam. Josias aūt genuit iechoniā et frēs ei9 in trāsmigratione babilonis. Et post trāsmigrationē babilōis iechonias geñ salathiel. Salathiel aūt genuit zorobabel. zorobabel aūt geñ abiud. Abiud aūt genuit eliud. Eliud autem genuit elyachim. Elyachim aūt genuit azor. Azor autē genuit sadoch. Sadoch autē genuit achim. Achim autē

genuit eliud. Eliud aūt genuit eleazar. Eleazar autē genuit mathan. Mathan autem genuit iacob Jacob aūt genuit ioseph uirū marie. De qua natus est iesus qui uocatur christus. Oēs ergo generatōnes ab abraham usq3 ad dauid quatuordecim. Et a dauid usq3 ad transmigrationē babylonis: generatōnes quatuordecim. Et a transmigratōne babylōis usq3 ad christum generationes quatuordecim. christi aūt generatio sic erat. Cū esset desponsata mater iesu maria ioseph anteq̄ cōuenirent inuēta est in utero habēs de spiritusctō. ps. Te deū laudam⁹

Missa in gallicantu.

Dominus dixit ad me fili⁹ meus es tu ego hodie genui te. ps. Quare fremuerunt gētes ⁊ pp̄l̄i meditati sunt inania. Col

Deus qui hāc sacratissimam noctem ueri luminis fecisti illustratiōe clarescere: da q̄s ut cui⁹ lucis misteria in terra cognouimus: eius quoq3 gaudiis in celo pfruamur. Qui tecum. Lectio isaye prophete.

Hec dicit dn̄s. Popul⁹ gentium qui ambulabat in tenebris uidit lucem magnā. Habitantib3 in regione umbre mortis: lux orta ē eis. Paruul⁹ eni natus est nobis: et fili⁹ datus est nobis. Et factus est principatus super humerū eius. et uocabitur nomen eius admirabilis Consiliarius/ deus/ fortis/ pater futuri seculi: princeps pacis. Multiplicabitur eius īperiū: et pacis eius nō erit finis. super soliū dauid ⁊ super regnū eius sedebit: ut confirmet illud et corroboret in iudicio et iusticia. A modo et usq3 in sempiternum. Ad tytum.

Karissime. Apparuit grā dei saluatoris nostri oībus hoībus erudiēs nos: ut abnegantes impietatem. et secularia desideria: sobrie et iuste et pie uiuamus in hoc seculo Expectātes beatam spem: ⁊ aduentū glorie magni dei. et

saluatoris nostri iesu christi. Qui dedit semetipsũ p nobis: ut nos redimẽt ab omni iniquitate. et mũdaret sibi populum acceptabilem sectatorẽ bonoꝝ operum. Hec loquere: et exhortare. In christo iesu dño nostro. R. Tecum principiũ ĩ die virtutis tue in splẽdoribus sctõrum ex utero ante luciferũ genui te. V. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuoꝝ. Alleluya. V. Dñs dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. Prosa. Nato canunt.

Secundum lucam.

In illo tempore: Exiit edictum a cesare augusto: ut describeretur uniuersus orbis. Hec descriptio prima facta est: a preside syrie cirino. Et ibant omnes: ut pfiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autẽ et ioseph a galilea de ciuitate nazareth ĩ iudeam ciuitatem dauid que uocat̃ bethleem. eo q̃ eẽt de domo et familia dauid: ut pfiteretur cũ maria. desponsata sibi vxore pregnãte. Factũ est autẽ cũ essent ibi: ĩpleti sũt dies ut pareret. Et pẽperit filium suũ primogenitũ. Et pannis eum inuoluit: et reclinauit eum ĩ presepio. quia non erat ei locus ĩ diuersorio. Et pastores erãt ĩ regione eadem uigilantes et custodientes vigilias noctis supra gregem suũ. Et ecce angelus dñi stetit iuxta illos: et claritas dei circunfulsit illos. et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce enĩ euãgelizo vobis gaudium magnũ qđ erit oĩ populo: quia natus est nobis hodie saluator qui est christus dñs in ciuitate dauid. Et hoc vobis signũ. Inuenietis infantẽ pãnis inuolutũ: et positũ in presepio. Et subito facta ẽ cũ ãgelo multitudo militie celestis exercitus: laudantiũ deũ et dicentiũ. Gloria in altissimis deo: et in terra pax hominibus bone uolũtatis. Credo dicit̃. Offꝫ. Letentur celi et exultet terra ante faciem

dñi quoniã venit. Secreta.

Accepta tibi sit domine quesumus hodierne festiuitatis oblatio: ut tua gratia largiente per hec sacrosancta ꝯmercia ĩ illius inueniamur forma in quo tecũ est nostra substantia. iesus xp̄s dñs nr̄. Qui tecũ. Prefatio. Eterne deꝰ. Quia p ĩcarnati. infra actõnẽ. Cõmunicãtes ⁊ noctem sacratissimã celebrãtes: qua btẽ marie intemerata uirginitas huic mũdo. ⁊c. Cõ. In splẽdoribus sanctoꝶ ex utero ante luciferũ genui te. Finito cõ. statim incipiũtur laudes. sine deꝰ in adiutoriũ. ⁊ sine caplo ⁊ hymno. ⁊ vsu. In laudibus. ã.

Quem vidistis pastores dicite annunciate nobis in terris quis apparuit natũ vidimus ĩ choro angeloꝶ saluatorẽ dñm. allã. allã. p̄s. Dñs regnauit. ã. Genuit puerpera regem cui nomen eternũ ⁊ gaudiũ mrĩs habẽs cũ uirginitatis honore nec primam similem uisa ẽ nec habere sequentẽ allã. p̄s. Jubilate. añ. Angelus ad pastores ait ãnuncio uobis gaudiũ magnũ quia natus est nobis hodie saluator mundi allã. p̄s. Deus d̃s meꝰ. ã. Facta ẽ cũ angelo multitudo celestis exercitus laudãtiũ ⁊ dicentiũ gloria in excelsis deo et ĩ terra pax hominibus bone uoluntatis allã allã. p̄s. Bñdicite ã. Paruulus filius hodie natꝰ ẽ nobis ⁊ uocabitur deꝰ fortis alleluya allã. p̄s. Laudate. Cap̄. nec hyꝰ. nec v̄. dicit̃. sꝫ finita. ã. incipit sacerdos qui missã celebrat hanc. ã. ad bñdictꝰ. ã. Gloria in excelsis deo ⁊ in terra pax hoibꝫ. bone voluntatis allã alleluya. p̄s. Benedictꝰ. Et terminantur laudes ĩ missa hac orõe sequente. Oratio

Da nobis quesumꝰ domine deus noster. ut qui natiuitatẽ dñi nr̄i iesu christi: nos frequẽtare gaudemus. dignis cõuersationibus ad eius mereamur pertingere consortiũ. Qui tecũ uiuit ⁊ regnat ĩ unitate sp̄s. Missa de luce. Introitus

Lux fulgebit hodie sup nos qr natus ẽ nobis dominꝰ et uocabitur admirabilis deus priceps pacis pater futuri seculi cuius regni non erit finis. p̄s

Dñs regnauit decorē īdutus ē īdutus ē dñs fortitudinē ⁊ pcin xit se uirtute. Glīa ī excelsis. col

Da quesumus oīpotēs deus: ut qui noua in carnati uerbi tui luce perfundimur: hoc in nostro re splendeat opere: qđ p fidē fulget ī mēte. Per e. De sctā anastasia. Collecta.

Da quesum⁹ oēs deus ut qui btē anastasie marti ris tue solennia colim⁹ ei⁹ apud te patrocinia sentiamus. Per. Iste due orōnes dicūtur sup vno. Per dominum.

Lectio ysaye prophete

Hec dicit dñs de⁹. Spiritus dñi sup me. eo q̄ unxerit me: ad ānūciādū mā suetis misit me. Vt mederer cōtctos corde. ⁊ predicarē captiuis indulgentiā: et clausis apertōnem. Vt predicarē agnū placabilē domino: ⁊ diē ultōnis deo nostro Vt cōsolarer oēs lugētes: ⁊ ponerem fortitudinē lugētibus syon. Et darem eis coronā pro cinere: oleū gaudii pro luctu. et palliū laudis p spiritu meroris. Et uocabūtur in ea fortes iusticie. plātatio dñi ad glificandū. Ecce dñs auditū fecit in extremis terre. Dicite filie syon: ecce saluator tuus venit. ecce merces ei⁹ cū eo. et opus illius coram illo. Et uocabūt eos populus sāctus: redempti a domino deo nostro. Ad tytum.

Karissime Apparuit benignitas ⁊ humanitas saluatoris nr̄i dei: non ex operibus iusticie q̄ fecimus nos sed secūdū suam mīam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis et renouationis spiritusā cti. quē effudit in nos abū de per iesū christū saluatorem nostrum. Vt iustificati gratia ipsius. heredes simus: secūdū spem uite eterne. In christo iesu: dño nr̄o ℟ Bñdictus qui uēit ī noīe dñi deus dñs ⁊ illuxit nobis. ℣ A domino factū ē ⁊ ē mirabile ī ocul nostris. Alleluya. ℣ Dñs regnauit decorem induit induit dñs fortitudinem et precinxit se uirtute. Prosa. Celeste organum.

¶ Secundum lucam

In illo tp̄e. Pastores lo quebant̄ adinuicē di centes. Transeamus vsqȝ bethleē: ⁊ uideam⁹ hoc uer- bum quod factū est. qđ do minus ostendit nobis. Et venerunt festinantes ⁊ iue nerunt mariam ⁊ ioseph: ⁊ infantē positū in presepio. Vidētes autē: coguonerūt de uerbo qđ dictū erat illis de puero hoc. Et oēs q̄ audi erunt mirati sunt: de his q̄ dicta erāt a pastoribus ad ipsos. Maria aūt: cōserua- bat omīa uerba hec ꝯferēs in corde suo. Et reuersi sūt pastores glorificātes ⁊ lau dantes deum: ī oībus que viderāt ⁊ audierant: sicut dictum ē ad illos. Offr. De us enī firmauit orbē t̄re qui nō cōmouebitur parata sedes tua de⁹ ex tūc a seculo tu es. Secreta

Munera nostra q̄sum⁹ dn̄e natitatis hodier ne misteriis apta pueniāt ut sicut homo genit⁹ idem refulsit de⁹ sit nobis hec ter rena substantia cōferat qđ diuinū ē. Per eūdē. Alia sec̄

Accipe q̄s dn̄e munera dignanter oblata: et beate anastasie suffragātibȝ me ritis ad nostre salutis auxi lium prouenire ꝯcede. Per Cō. Exulta filia syon lauda fi lia hierusalē ecce rex tuus venit sanctus et saluator mūdi. P⁹cō

Huius nos dn̄e sacra- mēti semper nouitas natalis instauret: cui⁹ nati uitas singularis humanā repulit uetustatem. Per.

Satiasti dn̄e Al. p⁹cō. familiā tuā muneri bȝ sacris: eius q̄s btē ana- stasie iteruētōe nos refoue cuius solēnia celebramus. Per. In die ad missā. Introit⁹.

Puer natus ē nobis ⁊ filius dat⁹ ē nobis cuius imperiū sup humerū eius et uo- cabitur nomen eius magni con silii angelus. Ps. Cantate dn̄o canticū nouū qr mirabilia fecit Gloria in excelsis Collecta.

Concede quesum⁹ om- nipotens de⁹. ut nos vnigeniti tui noua per car nē natiuitas liberet: quos sub pcti iugo uetusta serui tus tenet. Per e. L. ysaye pphē

Hec dicit domin⁹ propter hoc sciet populus meus nomen meū ī die illa:quia egoipse qui loquebar:ecce assum. Quā pulcri super montes pedes ānunciātis ⁊ predicātis pacem:annūciantis bonū p̄dicantis salutem dicentis Syon regnabit deus tu⁹. Vox speculatoꝝ tuoꝝ leuauerūt uocem:simul laudabunt:q꞉ oculo ad oculū uidebunt.cū conuerterit dominus syon. Gaudete et laudate simul deserta hierusalē q꞉ consolatus ē dn̄s populū suū ⁊ redemit hierusalē.Parauit dn̄s brachium sāctū suū ī oculis oīm gētiū ⁊ uidebunt omnes fines t̄re salutare dei nostri

Ad hebreos.

Fratres: Multipharie multisqꝫ modis olim de⁹ loquens p̄ribus ī pphetis: nouissime diebꝫ istis locutus est nobis ī filio quē cōstituit heredem vniuersoꝝ per quē fecit et secula. Qui cū sit splendor glorie ⁊ figura substantie eius:portans qꝫ omnia uerbo uirtutis sue:purgationē peccatorū faciens:sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Tāto melior angelis effectus q̄nto differenti⁹ pre illis nomē hereditauit. Cui eni dixit aliquādo angeloꝝ fili⁹ meus es tu : ego hodie genui te? Et rursū ego ero illi in patrem:et ipse erit michi in filium. Et cū iterū ītroduxit primogenitū ī orbem terre dicit Et adorent eū: om̄es angeli dei. Et ad angelos quidē dicit. Qui facit angelos suos spirit⁹: et ministros suos flamam ignis. Ad filiū autē. Thronus tuus deus in seculū seculi:uirga eq̄tatis virga regni tui. Dilexisti iusticiā et odisti īiquitatem: propterea vnxit te deus de⁹ tu⁹ oleo exultationis pre participibus tuis. Et tu ī principio dn̄e terram fundasti:⁊ opera manuū tuaꝝ sunt celi. Ipsi peribūt:tu aūt pmanebis:et oēs ut uestimētū ueterascent. Et uelut amictū mutabis eos ⁊ mutabunt

Tu autē idē ipse es: ⁊ anni tui non deficiēt. ℞. Viderūt oēs fines terre salutare dei nr̄i iubilate deo oīs terra. V⁹. Notū fecit dn̄s salutare suū āte ꝯspectum gētiū reuelauit iusticiam suam. Alleluya. V. Dies sanctificatus illuxit nobis veīte gentes et adorate dn̄m q: hodie descendit lux magna super terrā. Prosa. Letabūd⁹. S. iohānem.

In principio erat verbum. Et verbum erat apud deum: et deus erat verbū. Hoc erat in principio: apud deū Omīa per ipsū facta sunt: et sine ipso factū est nichil. Quod factum est in ipso uita erat: et uita erat lux hoim. Et lux ī tenebris lucet: ⁊ tenebre eā non cōprehenderūt. Fuit homo missus a deo: cui nomen erat iohannes. Hic venit ī testimonium: vt testimoniū perhiberet de luīe. ut omēs crederent p illum Nō erat ille lux: sed ut testimoniū perhiberet de lumine. Erat lux vera: que illuminat omēm hoīem ueniētē in hunc mūdū In mūdo erat. ⁊ mūdus p ipsum factus est: et mūdus eū nō cognouit In propria uenit et sui eum non receperunt Quotquot aūt receperunt eum: dedit eis potestatē filios dei fieri. his q̄ credūt ī nomine eius. Qui non ex sanguinibus: neq3 ex volūtate carnis. neq3 ex voluntate viri: sed ex deo nati sūt Et verbū caro factū ē: ⁊ hitauit in nobis. Et uidim⁹ gloriā ei⁹: gloriā quasi vnigeniti a patre. Plenū gratie: et veritatis. Credo dicit Offr. Tui sunt celi et tua ē terra orbem terraꝝ ⁊ plenitudinē eius tu fundasti iusticiā ⁊ iudicium p̄paratio sedis tue Secreta

Oblata dn̄e munera noua vnigeniti tui natiuitate sāctifica: nosq3 a peccatoꝝ nostroꝝ macul' emunda. Per eūd. Prefatio

Eterne deus. Q: per īcarnati uerbi misteriū. Infra actōnē. Cōmunicātes ⁊ diē sacratissimum celebrātes qua btē marie. ut supra. Cō. Viderunt oēs fines terre salutare dei nostri. Post cōm.

+ indutus est dñus ꝯ precinxit se

Presta q̄s oṗs deus. ut nat⁹ hodie saluator mundi. sicut nobis diuine generationis est auctor. ita ⁊ imortalitatis sit ipse largitor. Qui tecū. Dñica infra octabas natal' dñi. Introit⁹

Dum mediū silentiū tenerent oīa et nox ī suo cursu mediū iter haberet oīpotens sermo tuus dñe de celis a regalibȝ sedibus venit. ps. Dñs regnauit decorē īdutus. Colla

Omnipotēs sempiterne deus dirige actus nostros ī beneplacito tuo. ut ī nomine dilecti filii tui mereamur bonis operibȝ abūdare Per e. Ad galathas

Fratres. Quāto tēpore heres paruulus ē. nichil differt a seruo cū sit dñs omniū: sed sub tutoribus et actoribus ē vsqȝ ad prefinitū tempus a patre. Ita ⁊ nos cū essemus paruuli: sub elemētis mundi huius eramus seruientes. At ubi venit plenitudo tēporis: misit deus filiū suū natū ex muliere/ factū sub lege: ut eos q̄ sub lege erāt redimeret. ut adoptionem filiorꝫ reciperem⁹ Qm̄ aūt estis filii dei: misit de⁹ spm̄ filii sui in corda nostra clamātē abba pater. Itaqȝ iā non est seruus: sed filius. Quod si filius ⁊ heres per deū. R. Speciosus forma p̄ filiis hoim diffusa ē gratia ī labiis tuis. V. Eructauit cor meū verbum bonū dico ego opera mea regi ligua mea calam⁹ scribe velociter scribētis. Alleluya V. Redēptionē misit dñs in pplo suo Prosa. Angelus. Secūdū lucā.

In illo tpē Erāt ioseph et maria mat̄ iesu mirātes: sup his que dicebantur de illo. Et benedixit illis symeon: ⁊ dixit ad mariam matrē eius Ecce posit⁹ ē hic in ruinā ⁊ resurrectionē mltorꝫ in isrl': ⁊ in signū cui cōtradicetur. Et tuā ipsius animā ptransibit gladius: ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes Et erat anna pphetissa filia fanuel: de t'bu aser. hec pcesserat in diebȝ multis: et uixerat cū viro suo ānis septē a uirginitate sua. Et

hec uidua erat vsqꝫ ad an-
nos octogitaquatuoꝛ: que
non discedebat de templo
ieiuniis et obsecratiōibus
seruiēs nocte ac die. Et hec
ipsa hoꝛa superueniēs con
fitebatur dn̄o. et loquebat̄
de illo omnibus qui expe-
ctabant redemptionē hie-
rusalem. Et ut perfecerūt
oīa secundū legē dn̄i: reuer
si sunt in galileā in ciuita-
tem suam nazareth. Puer
autē crescebat et confoꝛta-
batur: plenus sapiētia. Et
gratia dei: erat ī illo. Credo
Offer. Deus eni firmauit. collā
Concede quesumꝰ dn̄e
ut oclis tue maiesta-
tis munus oblatū ⁊ grām
nobis pie deuotionis opti
neat. et effectū btē perhen-
nitatis acquirat. Per. Pre-
fatio. ⁊ Cōmunicantes. de nat
Cō. Tolle puerum ⁊ matrē eiꝰ
⁊ uade in terram iuda defuncti
sūt eni qui q̄rebāt animā pueri
Per huius do ¶ Post cō
mine operationē mi
sterii et uicia nostra purgē
tur ⁊ iusta desideria ꝯpleā-
tur Per. In oct dn̄i. Puer natꝰ

Deus qui no ¶ Collecta
bis nati saluatoꝛis
diem celebꝛare ꝯcedis octa
uum: fac nos q̄s eius ppe-
tua diuinitate muniri: cu-
ius sumus carnali cōmer-
cio reparati. Qui tecū. epl̄a
Karissime. Apparuit grā
dei saluatoꝛis. vt ī pria mis-
sa natiuitatis dn̄i. R. Viderūt
V. Notū fecit. Allā. V. Multipha
rie olim deus loquens pꝛibus ī
pꝛophetis nouissime diebꝫ istis
locutus ē nobis in filio suo. psa
Letabundus. Secūdum lucam
In illo tempoꝛe Postq̄
consūmati sunt dies
octo ut circūcideretur pu-
er: uocatū est nomen eiꝰ ie-
sus. Quod uocatū ē ab an
gelo: pꝛiusq̄ in utero conci
peret. Credo. Offer. Tui sunt
Presta q̄s do ¶ Secreta.
mine vt per hec mu-
nera que in dn̄i nostri iesu
chꝛisti archane natiuitatis
misterio gerimus: purifi-
cate mentis intelligentia
cōsequamur. Per eūdē Pre
fatio. Quia per incarnati.
Cōmunicātes ⁊ diē. Cō Vi
derūt omēs. Post cōm.

Presta qs dñe: ut quod saluatoris nri itera=ta solenitate pcepim⁹ ppe=tue nobis redéptóis ↄferat medicinam. Per eúdé. In cómeoratóe bte marie vgis. col.

Deus qui salutis eter=ne bte marie virgini tate fecúda hũano generi premia prestitisti. tribue q̃=sum⁹ vt ipsá p nobis iterce=dere sentiamus p quá me=ruim⁹ auctoré vite suscipé Dñm nostrũ. Secreta.

Muneribꝫ nrĩs q̃s dñe precibusqꝫ susceptis ꝛ celestibꝫ nos mũda miste=riis. ꝛ clemẽter exaudi. Per p⁹ cõ. vsqꝫ ad epiphaniá. p⁹cõ

Da nobis q̃s dñe deus noster. ut qui natiui=taté dñi nrĩ iesu christi nos frequẽtare gaudemus: di=gnis conuersationibus ad eius mereamur ptingere consortium. Qui tecum.

Alia post cõ. ab epiphania usqꝫ ad purificationé beate marie

Hec nos cõmunio dñe purget a crimine. et ĩ tercedente beata maria sé=per virgine celestis reme=dii faciat esse cõsortes. Per.

In vigilia epiphanie dñi. Lux fulgebit. Glia ĩ excelsis. Colla.

Corda nrã q̃s dñe ven ture festiuitatis splé dor illustret quo mũdi hu=ius tenebris carere valea=mus et perueniam⁹ ad pa triam claritatis etne. Per. Epla. Apparuit benigni tas. ℟. Benedictus qui venit. ℣. A dño factũ ẽ. Allã. ℣. Domi nus regnauit. Prosa. Angelus.

Secundum matheum.

In illo tpe. Defũcto he rode: ecce apparuit ãgelus dñi in somnis ioseph ĩ egy pto dicens. Surge et acci pe puerũ et matré ei⁹: et ua de in terrã isrl. Defũcti sũt enĩ q̃ querebãt aĩam pueri Qui ↄsurgẽs accepit puer et matrem eius: et venit in terram israel. Audiẽs auté ꝙ archelaus regnaret ĩ iu dea pro herode patre suo: ti muit illo ire. Et ammoni=tus in somnis secessit ĩ par tes galilee: ꝛ veniens habi tauit in ciuitate que voca=tur nazareth. ut adimple=retur qđ dictũ ẽ p pphetas:

qm̄ nazareus vocabitur. Credo dicit̄ nisi sit dn̄ica Offr̄. Deus enī firmauit. Secreta

Tribue q̄s dn̄e ut ei immolemus presētibꝫ sacrificiis ⁊ sumamus quē venture festiuitatis pia munera proloquuntur. dn̄m nostrū. Prefatō cōis. cō. Exulta. Illumina. Post cō.

Illumina q̄sumus dn̄e populum tuum et splendore gratie tue cor eius semper accēde ut saluatoris mundi stella famulāte manifestata natiuitas. mentibꝫ eor̄ semp reuelet̄ et crescat. Per eūd.

In die. Ad missam

Ecce aduenit dn̄ator dn̄s et regnū i manu eiꝰ ⁊ potestas ⁊ īperiū. ps. Deus iudiciū tuū regi da ⁊ iusticiā tuam filio regis. Glīa in excelsis dicitur. Collā.

Deus qui hodierna die vnigēitū tuū gētibꝫ stella duce reuelasti. cōcede propicius. ut qui iā te ex fide cognouimꝰ: vsqꝫ ad ꝯtēplādā speciē tue celsitudis perducamur. Per eūdem.

Lectio isaye prophete

Surge illumīare hierusalem. qr venit lumē tuū: ⁊ glīa dn̄i super te orta est. Quia ecce tenebre operiēt terram: et caligo populos. Super te autem orieē dn̄s: et gloria eius ī te videbitur. Et ambulabūt gentes ī lumine tuo: et reges ī splēdore ortus tui. Leua in circuitu oc[u]los tuos ⁊ uide: om̄s isti ꝯgregati sūt venerūt tibi. Filii tui de lōge venient: ⁊ filie tue de latere surgēt. Tūc videbis ⁊ affluēs et mirabitur ⁊ dilatabitur cor tuū: quādo cōuersa fuerit ad te mltitudo maris. fortitudo gentiū venerit tibi. Inūdatio camelor̄ operiet te: dromedarii madiā et epha. Oēs de sabba vēient: aurū ⁊ thus deferētes. et laudē dn̄o ānunciātes.

R. Oēs de sabba venient aurum et thus deferentes et laudem domino annunciantes. V. Surge et illuminare hierusalē quia gloria dn̄i super te orta est Alleluya. V. Vidimus stellā eiꝰ in oriente et venimus cum muneribus adorare dn̄m. Prosa.

Epyphaniã. Secũdũ matheũ.

Cum natus esset iesus in bethleem iude i diebꝰ herodis regis: ecce magi ab oriente venerunt hierosolimã dicentes. Ubi ẽ q̃ natus est rex iudeoꝝ? Vidimus enĩ stellã eius ĩ oriẽte ⁊ venimus adorare eũ. Audiẽs autẽ herodes rex t̃batus ẽ: ⁊ omnis hierosolima cũ illo. Et cõgregãs omẽs principes sacerdotũ ⁊ scribas popli: sciscitabatur ab eis ubi christus nasceretur. At illi dixerũt ei In bethleẽ iude. Sic enĩ scriptũ ẽ per prophetã. Et tu bethleem t̃ra iuda nequaq̃ minima es in principibus iuda Ex te enĩ exiet dux q̃ regat populũ meũ israel. Tunc herodes clã uocatis magis: diligenter didicit ab eis tẽpus stelle. q̃ apparuit eis. Et mittens eos in bethleẽ dixit. Ite et interrogate diligẽt̃ de puero. Et cũ iuene ritis renũciate michi: ut et ego ueniẽs adorẽ eũ. Qui cũ audissent regẽ: abierũt. Et ecce stella quã viderãt i oriente antecedebat eos usq3 dum veniens staret supra ubi erat puer. Vidẽtes autem stellam gauisi sunt gaudio magno ualde. Et itrãtes domũ iuenerũt puerũ cũ maria matre eius. Et procidentes: adorauerunt eum. Et aptis thesauris suis obtulerũt ei munera. Aurum thus ⁊ mirram Et respõso accepto i sõnis ne redirent ad herodem: p aliam uiam reuersi sunt: i regionem suam. Credo dr.

Off. Reges tharsis ⁊ isule mũera offerent reges arabũ ⁊ sabba dona adducent et adorabũt eũ omnes reges terre oĩs gentes servient ei. Secreta.

Ecclesie tue q̃s dñe dona ppiciꝰ ituere q̃b3 iam non aurum thus et mirra defertur. s3 qd eisdẽ muneribz declaratur imolat̃ ⁊ sumit̃ iesus xps filius tuꝰ dñs nr̃. Qui tec. pfatio Eterne deus. Quia cũ unigenitus tuꝰ Cõmunicãtes et diem. Cõ. Vidimꝰ stellã eiꝰ in oriẽte ⁊ venimꝰ cũ muneribz adorare dñm. Pꝰ cõ.

Presta qs oipotés de⁹. ut que soléni celebramus officio: purificate mẽtis itelligẽtia cõsequamur Per d. Dñica ĩfra oct Introit⁹

In excelso throno vidi sedere virũ qué adorat multitudo angeloꝝ psallẽtes ĩ vnũ ecce cuius imperii nomé é ieternũ. ps. Jubilate deo omĩs terra seruite dño in leticia. Glia ĩ excelsis dicitur. Collecta.

Uota qs dñe supplicãtis populi celesti pietate ꝓsequere: ut ⁊ que agẽda sũt videant. et adimplenda q̃ viderint cõualescãt. Per d

Frẽs Ob Ad romanos

Obsecro vos per miam dei: ut exhibeatis corpora urã hostiã viuẽtem sctãm deo placenté. rationabile obsequiũ vestrũ. Et nolite conformari huic seculo: sꝫ reformamini in nouitate sensus vestri. vt probetis q̃ sit volũtas dei bona. et beneplacens ⁊ perfecta: Dico enĩ per gratiã que data est michi oĩbus qui sunt inter vos. nõ plus sapere q̃ᵽ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Et unicuiqꝫ. sicut deus diuisit mẽsurã fidei. Sicut enĩ ĩ vno corpore multa mẽbra habem⁹. omnia auté mẽbra non eũdem actũ habent. ita multi unũ corpus sum⁹ in xpo. Singuli auté: alter alteri⁹ membra In christo iesu: domino nostro. ℞. Benedictus dominus deus isrl qui facis mirabilia magna solus a seculo. ℣ Suscipiant montes pacem populo tuo et colles iusticiam. Alleluya. ℣. Laudate deũ oẽs angeli eius laudate eum omẽs uirtutes eius. Prosa. Balaam.

Secundum lucam.

In illo tpé. Cũ fctũs esset ies⁹ ãnoꝝ duodeci: ascẽdẽtibꝫ parentibꝫ ei⁹ hierosolimã scdm ɔsuetudiné diei festi. ɔsũmatisqꝫ diebus cũ rediret. remãsit puer ies⁹ ĩ hirlm: ⁊ nõ cognouerũt parẽtes ei⁹. Existimantes auté illũ eé ĩ comitatu: uenerunt iter diei. ⁊ requirebãt eum iter cognatos ⁊ notos Et non inueniẽtes regressi sunt in hierusalẽ: requirẽtes eum. Et factũ é post

triduum inuenerūt illū in
templo sedentem ī medio
doctorum: audiētem illos
et interrogātē. Stupebāt
autem omnes qui eum au
diebant: super prudentia ꝛ
responsis eius Et vidētes
āmirati sunt Et dixit ma-
ter eius ad illū. Fili: quid
fecisti nobis sic? Ecce pater
tuus ꝛ ego dolentes: quere
bamus te. Et ait ad illos.
Quid est qđ me q̄rebatis?
Nesciebatis q꞉ ī his que pa
tris mei sunt oportet me es
se? Et ipsi non itellexerunt
verbū quod locutus est ad
illos. Et descendit cū eis. ꝛ
venit nazareth: et erat sub
ditus illis. Et mater eius
cōseruabat oīa verba hec:
conferens in corde suo. Et
iesus proficiebat sapiētia.
ꝛ etate et gratia: apud deū
et homines. Credo. Offer.
Jubilate deo omīs terra iubila
te deo omnis terra seruite dn̄o
in leticia intrate ī cōspectu eius
in exultatione q꞉ dn̄s ipe ē de⁹.
Oblatū tibi ¶ Secreta.
dn̄e sacrificiū viuifi
cet nos sēp ꝛ muniat. Per.

Prefatio. Eterne de⁹. Quia
cum vnigenitus Commu
nicātes et diem sacra. Cō.
Fili quid fecisti nobis sic ego et
pater tuus dolētes querebam⁹
te et quid est quod me quereba-
tis nesciebatis q꞉ in his que pa-
tris mei sunt oportet me esse.
Supplices te ro- ¶ P⁹cō
gamus oēs deus. ut
quos tuis reficis sacramē
tis: tibi etiā placitis mori-
bus dignāter deseruire cō
cedas. Per d. In oct. epiphā. ie
Ecce aduenit. ℟. Alla. Offer.
Cō. sicut in die. Collecta.
Deus cuius vnigenit⁹
in substantia nostre
carnis apparuit p꞉ā q̄s: ut
per eum quē similē nobis
foris agnouimus. intus re
formari meāmur. Qui te-
cum. Lectio isaye ꝑphē
Hec dicit domin⁹ Spi
ritus domini super me eo
ꝙ vnxerit me ad ānunciā-
dum mansuetis misit me
vt mederer contritos cor-
de. ꝛ predicarem captiuis ī
dulgentiam: et clausis a-
pertōnem. Vt predicarem
annum placabilem dn̄o et

diem ultionis deo nr̃o. Ut cõsolarer oẽs lugẽtes ⁊ ponerẽ fortitudinẽ lugentibꝫ syon: ⁊ darẽ eis coronã ꝑ cinere. oleũ gaudii pro luctu palliũ laudis ꝑ spiritu meroris. Et uocabuntur in ea fortes iusticie: plãtatio domini ad glorificãdũ. Ecce dominus auditum fecit ĩ extremis terre. Dicite filie syon. Ecce saluator tuꝰ uenit: ecce merces eius cũ eo: et opus eiꝰ corã ipso. Et uocabunt eos populus sctũs redempti a dño deo nostro

Prosa. Balaam. S. iohannem

In illo tp̃e. Vidit iohãnes iesum ueniẽtem ad se: et ait. Ecce agnꝰ dei: ecce qui tollit peccata mũdi. hic est de quo dixi. Post me uẽit uir q̃ añ me factꝰ ẽ quia prior me erat. ⁊ ego nesciebam eum: sed ut manifestetur in israel. propterea ueni ego in aqua baptizãs Et testimonium perhibuit iohannes: dicens. Quia uidi spiritũ descendẽtem quasi colũbã de celo: ⁊ mãsit sup eũ: ⁊ ego nesciebã eũ Sꝫ qui misit me baptizare in aqua: ille michi dixit. Sup quẽ uideris spm̃ descendentẽ ⁊ manẽtẽ sup eũ hic ẽ q̃ baptizat in spũ scto. Et ego uidi ⁊ testimoniũ ꝑhibui: quia hic ẽ filius dei.

Credo dicitur. Secreta.

Hostias tibi dñe ꝑ nati filii tui apparitiõe deferimus suppliciter exorantes. ut sicut nostrorꝫ auctor est munerum: ita sit et misericors susceptor iesus christꝰ dñs nr̃. Qui tecum.

Prefatio. Eterne deꝰ. Qr cũ unigenitꝰ. Cõmunicãtes ⁊ diẽ sacratissimũ. Postcõ

Celesti lumine quesumus dñe sẽper ⁊ ubiqꝫ nos preueni ut misteriũ cuiꝰ nos participes eẽ uoluisti: ⁊ puro cernamꝰ intuitu ⁊ digno ꝑcipiamus effectu Per.

¶ Feria iiii. Introitꝰ. orõ. R̷. All'a. Offr̃. ⁊ cõ. sicut ĩ do͞ᵉ. ĩ fra oct. ⁊ dr̃. Prosa. Balaã. usqꝫ ad hũc uſũ In sõnis qđ dr̃ ĩ alia feria. Ad romanos

Fratres. Scimus qm̃ q̃cũqꝫ lex loquit̃ his q̃ in lege sunt loquitur: ut oẽ

os abstruat et fiat oīs mū-
dus subditus deo. Quia ex
operibꝫ legis non iustifica
bitur omnis caro corā illo
Per legem enī agnitio pec
cati. Nunc aūt sine lege iu-
sticia dei manifesta ē: testi-
ficata a lege et prophetis.
Iusticia aūt dei: per fidē ie
su christi sup oēs q̄ credūt.
Non enī est distinctio. Oēs
enī peccauerūt et egēt glīa
dei: iustificati gratis p gra
tiā ipsius p redēptōnē que
ē in christo iesu. Quē ppo-
suit deus propiciatōnē p fi
dē in sāguine ipsi⁹: ad ostē
sionē iusticie sue ppt remis
sionē precedētiū delictoꝝ i
sustentatione dei. ad offēsi
onē iusticie ei⁹ in hoc tēpo-
re ut sit ipse iustus ⁊ iustifi
cās eū q̄ ē ex fide iesu chri-
sti dn̄i nostri. Scd̄m matheū

In illo tempore venit
iesus a galilea in ior-
danē ad iohannē: ut bapti
zaretur ab eo. Johānes au
tē phibebat eū: dicēs. Ego
a te debeo baptizari: et tu
venis ad me. Respondens
aūt iesus: dixit ei. Sine mo
do: sic enī decet nos implē
omēm iusticiā. Tūc dimi-
sit eū. Baptizat⁹ aūt iesus
cōfestim ascendit de aqua.
Et ecce aperti sunt ei celi: ⁊
vidit spiritū dei descēdētē
sicut colūbā. ⁊ veniētē sup
se. Et ecce vox de celo dicēs
Hic est filius me⁹ dilect⁹: in
quo michi cōplacui. ¶ Feria
vi. Introitus. Oratō. R. Allā.
Offr. ⁊ cō. sicut i dn̄ica. īfra oct. et
dr pſa In somnis. Lectio eple
beati petri apostoli

Karissimi. Non enī cō-
menticias fabulas secuti:
notā fecimus vobis domi
ni nostri iesu christi uirtu-
tem et presciētiam: sed spe-
culatores facti illi⁹ magni
tudinis. Accipiens enim a
deo patre honorem et glo-
riam: uoce delapsa ad eū
huiuscemodi a magnifica
gloria. Hic est filius me⁹ di-
lectus in quo michi com-
placui ipsum audite. Et
hanc vocem nos audiui-
mus de celo allatam: cum
essemus cum illo in mōte
sācto. Et habemus firmio
rem propheticū sermonē

cui benefacitis attendẽtes
quasi lucerne lucẽti. in cali-
ginoso loco: donec dies illu-
cescat. ⁊ lucifer oriatur ĩ cor-
dibus vr̃is. Hoc primũ itel-
ligẽtes q̃d omis prophetia
scriptura propria iterp̃tati-
one non fit. Non eni uolũ-
tate humana allata ẽ aliq̃n
do prophetia: sed spiritusã-
cto inspirati locuti sunt sã-
cti dei homĩes. S. lucam.

In illo tempore. Esti-
mante ppl'o: et cogi-
tantibꝫ oĩbꝫ ĩ cordibꝫ suis
de iohanne ne forte esset ip-
se christus. Respõdit iohã-
nes oĩbꝫ dicẽs. Ego quidẽ
aqua baptizo vos: uẽit au-
tem fortior me post me: cu-
ius non sum dignus soluẽ
corrigiã calciamẽtorũ ei9.
Ipse vos baptizabit ĩ spiri-
tu sancto: et igne. Cui9 vẽ-
tilabrum ĩ manu ei9. ⁊ pur-
gabit aream suam. ⁊ ɔgre-
gabit triticũ in horreũ suũ
palleas aũt cõburet igni ĩ-
extinguibili. Multa q̃dẽ et
alia exhortãs euangeliza-
bat populo. Herodes autẽ
tetrarcha cũ corriperet ab
illo de herodiade vxore fra-
tris sui. ⁊ de oĩbus malis q̃
fecit herodes: adiecit ⁊ hoc
supra oĩa ⁊ inclusit iohãnẽ
in carcerem. Factũ ẽ cũ ba-
ptizaretur omis popul9: et
iesu baptizato et orãte: ap-
tũ ẽ celũ. ⁊ descẽdit spiritus
sanctus corporali specie. si-
cut colũba in ipsũ. Et vox
de celo facta est: tu es filius
meus dilectus in te cõpla-
cuit michi. Dñica prima post
oct. epiphanie. Introitus

Omis terra adoret te deus ⁊
psallat tibi psalmũ dicat nomi
tuo altissime. ps. Jubilate deo
oĩs terra psalmũ dicite nomini
eius date gl'iam laudi eius. coll'

Omnipotens sempiter-
ne deus: qui celestia
simul et trena moderaris.
supplicationes populi tui
clementer exaudi: ⁊ pacem
tuã nostris ɔcede tẽporibꝫ
Per do. Ad romanos

Fratres habentes do-
natõnes secũdũ gratiam:
que data est uobis differẽ-
tes. Siue prophetiã secun-
dũ rationẽ fidei: siue mini-
steriũ ĩ ministrando siue q̃

docet in doctrina. Qui exhortatur in exhortando: q tribuit in simplicitate. qui preest in sollicitudine. q miseretur i hilaritate. dilectio sine simulatione. Odiētes malum: adherentes bono. Caritatem fraternitatis invicem diligentes: honore i uicē preueniētes Sollicitudine non pigri: spiritu feruentes dn̄o seruiētes Spe gaudentes: in tribulatōne patientes. Orationi instātes: necessitatibus sctōꝝ cōmunicantes. hospitalitatē sectātes. Benedicite persequentibus vos: bn̄dicite ꝛ nolite maledicē. Gaudere cum gaudentibus: flere cū flentibus Idipsū inuicem sentientes. Nō alta sapientes: sed humilib; ꝯsentientes. Misit dn̄s uerbū suū ꝛ sanauit eos et eripuit eos de interitu eoꝝ. V. Cōfiteant dn̄o misericordie eius ꝛ mirabilia ei⁹ filiis hoim. Alla. V. Jubilate deo oīs terra seruite dn̄o in leticia. Prosa. Letabūdus. S. iohānē.

In illo tēpore. Nuptie facte sūt in chana galilee: et erat mater iesu ibi. Vocatus est aūt iesus: et discipuli ei⁹ ad nuptias. Et deficiente uino: dicit mater eius ad eum. Vinum non habēt Et dicit ei iesus Quid michi et tibi ē mulier? Nōdū venit hora mea. Dixit mater ei⁹ ministris. Quodcūq; dixerit vobis: facite Erant autē ibi lapidee ydrie sex posite secūdū purificationē iudeoꝝ: capientes singule metretas binas vel ternas. Dixit eis iesus. Implete ydrias aqua. Et ipleuerunt eas: vsq; ad sūmū. Dixit eis iesus. haurite nūc: et ferte architriclino. Et tulerunt. Vt aūt gustauit architriclinus aquā vinū fact[illegible]m. ꝛ non sciebat vnde esset. ministri autem sciebāt qui hauserāt aquā Vocat spōsū architriclin⁹: et dixit ei Omis hō primū bonū uinū ponit: Et cum inebriati fuerit. tunc id qd̄ deterius est Tu autem seruasti bonū uinum vsq; ad huc. hoc fecit iniciū signorū ies⁹ in chana galilee. et

factu

manifestauit gloriā suam. Et crediderūt ī eū: discipuli eius. Offr. Jubilate deo vniuersa terra iubilate deo vniuersa terra psalmum dicite nomini eius venite et audite et narrabo vobis oēs qui timetis deū q̄ta fecit dñs aīe mee all'a. Sec.

Oblata tibi dñe munera sanctifica: nosq; a peccatoꝝ nostroꝝ maculis emunda. Per dñm. Cō. Dixit dñs implete ydrias aqua et ferte architriclino dum gustasset architriclin⁹ aquā vinū factā dixit sponso seruasti bonū vinū usq; adhuc hoc signū fecit iesus primū corā discipl'is suis. P⁹cō.

Augeatur in nobis domine q̄s tue virtutis operatio. ut diuinis vegetati sacramentis ad eoꝝ pmissa capienda: tuo munere preparemur. Per dñm.

Feria iiii. Introitus. Orō. R. All'a. Offr. et Cō. ut ī die dñica Et post ea suffra. de btā maria Collā.

Deus qui salutis eterne btē marie virginitate fecūda humano generi premia prestitisti tribue quesumus: ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus: per quā meruimus auctorē vite suscipere dñm nostrū iesū christū filium tuū. Qui tecū viuit.

Ad colocenses.

Frēs. Audistis dispēsatonē grē dei q̄ data ē michi ī nobis ut īpleā uerbū dei misteriū qđ abscōditū fuit a seculis et generationib; Nunc aūt manifestū est sāctis eius quibus uoluit deus notas facere diuitias. glorie sacramenti hui⁹ ī gētibus: quod est christ⁹ in nobis spes glorie quē nos annūciam⁹. Corripiētes oēm hominē: et docētes oēm hominē in omī sapiētia. ut exhibeamus oēm hoīem perfectum In christo iesu: dño nostro. Secundum lucam.

In illo tēpore. Regressus ē iesus in uirtute spiritus in galileā: et fama exiit per vniuersā regionē. de illo. Et ipse docebat ī synagogis eoꝝ: et magnificabatur ab hoīb; Et uenit nazareth ubi erat nutrit⁹: et itrauit secūdū cōsuetudi-

nem suā die sabbati ī syna
gogam. Et surrexit legere.
⁊ traditus est ei liber ysaye
prophete. Et ut reuoluit li
brū: inuenit locū ubi scrip-
tum erat. Spiritus dñi su
per me. ppt̄ quod unxit me euā
gelizare pauperibus misit
me: predicare captiuis re-
missionē: et cecis visū. Di-
mittere cōfractos in remis
sionē predicare. agnū dñi:
et diem retributionis. Et
cum cōplicuisset librū red-
didit ministro et sedit. Et
omniū in synagoga oculi:
erant intendentes in eum
Cepit autē dicere ad illos.
quia hodie completa ē hec
scriptura ī auribꝫ vestris.
Et oēs testimoniū illi da-
bant: et mirabātur in ver-
bis gratie. que pcedebant
de ore ipsi⁹. De btā maria. se.

Muneribus nostris q̄s
dñe precibusq; susce-
ptis: et celestibus nos mū-
da misteriis: ⁊ clementer ex
audi. Per dñm. Post cō

Hec nos cōmunio dñe
purget a crimine: ⁊ i
tercedēte bt̄ maria sēper
virgine celestis remediū fa
ciat esse consortes. Per do.

Feria sexta. Introit⁹. orō. R. Al
leluya. Offr. ⁊ cō. ut ī die dñica
pcedeñ. Ad tymotheum.

Karissime. Fidelis ser
mo et oī acceptione dign⁹:
quia christus iesus uenit ī
hūc mūdū pctōres saluos
facē: quoꝝ primus ego sū.
Sed ideo misericordiā cō-
secut⁹ sū: ut ī me primo ostē
deret iesus christus omnē
patientiā ad informatōnē
eoꝝ qui credituri sunt illi.
in vitam eternā. Regi aūt
seculoꝝ īmortali inuisibili
soli deo honor et glia: ī scl'a
seculoꝝ amen. S. marcum.

In illo tpē. Egress⁹ ies⁹
venit ī patriam suā
et seq̄bantur illū discipuli
sui. Et facto sabbato cepit
ī synagoga docere: et mlti
audientes admirabātur ī
doctrina eius dicētes. Vn
de huic hec omīa? Et que ē
sapientia que data est illi:
et uirtutes tales que p ma
nus eius efficiuntur? Non
ne hic est fabri filius ⁊ ma-
rie frater iacobi ⁊ ioseph et

iude ⁊ symōis? Nōne ⁊ soro
res eius hic vobiscū sūt Et
scandalizabantur ī illo Et
dicebat eis iesus Quia nō
est propheta sine hōre nisi
in patria sua: et in cogna-
tione sua. et in domo sua.
Et non poterat ibi facere
uirtutem ullam: nisi pau-
cos īfirmos impositis ma
nibꝫ curauit. Dn̄ica ii. post
octabas epiphanie. Introitus.

Adorate deum om̄s angeli
eius audiuit ⁊ letata ē sy-
on et exultauerunt filie iude. ps
Dn̄s regnauit exultet terra le-
tent̄ isule mlt̄e. Glia i excelsis

Omnipotēs ❡ or. collā.
sempiterne deus īfir
mitatem nostram propici-
us respice: atqꝫ ad protegē
dū nos dexterā tue maie-
statis extēde. p. Ad romanos

Frēs. Nolite eē prudē-
tes apud uosmetip-
sos: nulli malū p malo red
dentes. Prouidētes bona
non tantum coram deo: sꝫ
etiā coram omibꝫ homibꝫ
Si fieri potest qd̄ ex vobis
est: cū omibꝫ hoībus pacē
habentes. Non vosmetip-
sos defendentes carissimi:
sed date locū ire. Scriptū
ē eni Michi vindictā: ⁊ ego
retribuam. dicit dn̄s Sed si
esurierit inimicꝰ tuus: ciba
illum. Si sitit potū da illi.
Hoc eni faciens: carbones
ignis congeres sup caput
eiꝰ. Noli vinci a malo: sed
vince in bouo malum. ℟.
Timebunt gentes nomen tuū
dn̄e ⁊ oēs reges terre gliam tuā
℣. Qm̄ edificauit dn̄s syon ⁊ ui
debitur in maiestate sua. Allā.
℣. Dn̄s regnauit exultet terra
letentur isule multe. Prosa. Le
tabundus. Secūdū matheum.

In illo tempore. Cum
descendisset iesus de
monte: secute sunt eū tur-
be multe. Et ecce leprosus
veniens: adorabat eum di
cens. Dn̄e: si vis potes me
mundare. Et extendēs ie-
sus manū: tetigit eū dicēs
Volo mundare. Et cōfesti
mundata est lepra eius Et
ait illi iesus. Vide nemini
dixeris: sed vade ostende te
sacerdoti. et offer munꝰ qd̄
precepit moyses ī testimo-
niū illis. Cū aūt introisset

capharnaū accessit ad eū centurio rogans eum ꝛ dicens. Dñe: puer meꝰ iacet ī domo paraliticus: et male torquetur. Et ait illi iesus. Ego ueniam: et curabo eū Et respondens cēturio: ait Dñe: non sū dignus vt intres sub tectum meū: sꝫ tm̄ dic verbo et sanabitur puer meus. Nam et ego hō sū sub potestate constitutus: habens sub me milites Et dico huic vade: ꝛ vadit. Et alio veni: et venit. Et seruo meo fac hoc: et facit. Audiens autē iesus: miratus ē. et sequentibꝫ se dixit. Amē dico vobis: non inueni tātam fidem in israel. Dico aūt vobis: ꝙ multi ab oriēte et occidente uenient: ꝛ recūbent cū abraham/ isaac/ et iacob in regno celoꝝ. Filii aūt regni huiꝰ: eicientur ī tenebras exteriores: ibi erit fletꝰ ꝛ stridor dētiū Et dixit iesꝰ cēturioni. Vade. ꝛ sicut credidisti fiat t̄ Et sanatꝰ ē puer: in illa hora Offertoriū Dextera dñi fecit virtutē dextera dñi exaltauit me non moriar sed viuā ꝛ narrabo opera dñi.

Hec hostia qs ¶ Secreta domine emūdet nostra delicta et ad sacrificiū celebrandum subditorum tibi corpora mentesqꝫ sanctificet. Per dominū. Côm mirabantur omēs de his que ꝑcedebant de ore dei. Post côm.

Quos tantis dñe largiris vti misteriis qs: vt nos eoꝝ effectibꝫ veraciter aptare digneris. Per.

¶ Feria quarta Ad hebreos

Fratres. Considerate apostolum. et pontificem ꝯfessiōis nostre iesū: qui fidelis est ei qui fecit illum. sicut et moyses ī omi domo illius. Amplioris ei glīe iste pre moyses dignꝰ habitus est. ꝙto ampliorē honorē habet domus q̄ fabricauit illam. Oīs nanqꝫ domus: fabricatur ab aliquo. Qui autē oīa creauit. deus est. Et moyses quidē fidelis erat ī tota domo eiꝰ tāꝙ famulus: ī testimoniū eoꝝ que dicenda erāt. Christus vero tāꝙ filiꝰ ī domo sua: que domus sumꝰ nos:

Si fiduciam et gliam spei: usq3 ad finē firmā retineamus. Secundum marcum.

In illo tpē Venit ad iesum quidā leprosus deprecans eū: et genu flexo dixit. Si vis potes me mūdare. Jesus autē misertus eius extendit manū suā: et tangens eum ait illi. Volo mūdare. Et cū dixisset: statim discessit ab eo lepra et mūdatus est et cōminat⁹ ē ei. Statimq3 eiecit eū: et dixit ei Vide nemini dixeris: sed vade ostēde te principi sacerdotū et offer pro emūdatiōe tua q̄ precepit moyses ī testimoniū illis. At ille egressus cepit predicare et diffamare sermonem. ita ut iā non posset manifeste introire in ciuitatem. Sed foris in desertis locis eē: et conueniebant ad eū vndiq3. Fe. vi. Lectio bti iohis apli

Karissimi. Qui dicit se in lucem esse: et frēm suū odit. in tenebris ē vsq3 adhuc Qui diligit frēm suum in lumīe mãet: et scādalū in eo nō ē. Qui aūt odit fratrē suū in tenebris ē: et in tenebris ãbulat: et nescit quo eat. qm̄ tenebre exceca uerūt oculos eius. Scribo vobis filioli: qm̄ remittuntur uobis pctā vestra propter nomen eius. Scribo vobis patres: qm̄ cognouistis eū q̄ ab inicio est. Scribo uobis adolescentes: qm̄ vincistis malignū Scribo vobis infãtes: qm̄ cognouistis prēm. Scribo uobis iuuenes: q2 fortes estis. Et uerbum dei ī vobis mãet: et uicistis malignū. S. math

In illo tpē. Circuiebat iesus totā galileā docēs ī synagogis eo2. et predicās euãgelium regni: et sanãs oēm lãguorē et oēm īfirmitatem ī populo. Et abiit opinio eius ī totā syriā. et obtulerūt ei oēs male hābētes variis lãguoribus et tormētis comprehēsos. Et qui demōia hēbãt. et lunaticos et paraliticos: et curauit eos. ¶ Dominica tcia post oct. epiphãie. Introit⁹ Adorate deū. Collecta

Deus qui nos in tãtis

periculis constitutos. ꝑ hu-
mana scis fragilitate non
posse subsistē: da nobis sa-
lutē mentis et corporis: ut
ea que pro peccatis nostris
patimur. te adiuuāte uica-
mus. Per. Ad romanos.
Fratres. Nemini quicq̄ de
beatis: nisi ut inuicē
diligatis. Qui enī diligit
proximū legē ĩpleuit Nam
non adulterabis/ non occi-
des/ non furaberis/ nō me-
chaberis: non falsum testi-
moniū dices: nō concupisces
rem proximi tui Et si quod
est aliud mandatum: ĩ hoc
verbo instauratur. Diliges
proximū tuū: sicut teipsū Di
lectio proximi malū nō ope-
ratur Plenitudo ergo legis:
ē dilectio. R. Allā. psa: Offer.
cō. sicut ĩ do. precedeñ. S. math.
In illo tpē. Ascēdēte ie
su ĩ nauiculā: secuti
sūt eū discipuli eius. Et ec
ce motꝰ magnꝰ factus ē in
mari: ita ut nauicula ope-
riretur fluctibꝫ. Ipse vero
dormiebat. Et accesserūt: et
suscitauerūt eū dicētes Do
mine: salua nos. perimus.
Et dixit eis. Quid timidi
estis modice fidei? Tūc sur
gēs ĩperauit uētis ⁊ mari:
⁊ facta est trāquillitas ma-
gna. Porro hoīes mirati
sūt: dicentes. Qualis ē hic
Qꝛ vēti ⁊ mare: obediūt ei
Concede q̄s. Secreta.
Oīpotēs deꝰ ut huiꝰ sa-
crificii munꝰ oblatū. fra-
gilitatem nostrā ab omni
malo purget semper ⁊ mu-
niat. Per. Post cōm.
Munera tua nos deus
a delectatōibꝰ trenis
expediant: ⁊ celestibus sēp
instruant alimētis. Per d.
Feria quarta. Ad romanos.
Fratres: Sicut ꝑ vnū
hominē ĩ hūc mūdū
peccatū ĩtrauit: ⁊ per pctm̄
mors. ⁊ ita ĩ omēs homĩes
pertransiit: in quo omnes
peccauerūt Usqꝫ ad legem
enī: peccatum erat ĩ mūdo
Peccatū aūt non ĩputaba-
tur: cū lex non esset. Sed re-
gnauit mors ab adā vsqꝫ
ad moysem: etiā ĩeos q̄ nō
peccauerūt ĩ similitudinē
preuaricationis ade. qui ē
forma futuri Sed nō sicut

delictū:ita ē donū. Si enī i vnius delicto multi mortui sunt:multomagis grā dei et donū in gratia vniꝰ hominis iesu christi in plures abūdauit. Et nō sicut p vnū peccatū:ita ⁊ donū Nam iudicium ex vno:i cōdēnationem. gratia aūt ex multis delictis: i iustificatiōnē. Secundum lucā

In illo tēpore. Factū ē euntibꝫ illis i via:dixit quidam ad iesum. Sequar te: quocūqꝫ ieris. Et ait illi iesus Vulpes foueas hūt. ⁊ uolucres celi nidos:filiꝰ autem hois non habet vbi caput suū reclinet Ait aūt ad alterū. Seqre me. Ille aūt dixit. Dñe permitte me prius ire:et sepelire patrē meum. Dixitqꝫ ei iesus Sine: vt mortui sepeliāt mortuos suos. Tu aūt uade:ānūcia regnū dei. Et ait alter. Sequar te dñe:sꝫ primū p mitte michi renūciare his que i domo sunt. Et ait ad illū ieſꝰ. Nemo mittēs manū suam i aratrū: ⁊ respiciens retro aptꝰ ē regno dei.

Feria sexta Ad romanos

Fratres Nolo uos ignorare misteriū hoc:ut non sitis vobisipsis sapiētes: qꝛ cecitas ex parte cōtigit i israel. Donec plenitudo gentiū intraret:et sic omīs isrl saluꝰ fieret Sicut scriptū ē Veniet ex syon: qui eripiat et auertat īpietas ab iacob Et hoc illis a me testamentū:cū abstulero peccata eorū. Secūdū euāgeliū quidē inimici propter vos:secundū electionē aūt carissimi pp̄ter prēs. Sine pēitētia enī sūt dōa ⁊ vocatō dei Sicut enī ⁊ vos aliquādo non credidistis deo: nunc autē miam consecuti estis propt̄ illoꝝ incredulitatē: ita ⁊ isti nunc crediderūt in uestrā misericordiā ut ⁊ ipsi misericordiā ꝯsequātur. Conclusit enī deus omnia i incredulitate:ut oīm misereatur O altitudo diuitiarū sapiētie et scientie dei: ꝙ incōprehēsibilia sunt iudicia eius: ⁊ inuestigabiles vie eiꝰ. Quis enī agnouit sensū dñi:aut qs cōsiliariꝰ

eius fuit? Aut qs prior dedit illi. et retribuet ei? Qm ex ipõ ⁊ p ipm ⁊ i ipo sũt oĩa Ipsi glia: i scla scloꝝ amẽ.

Secundum marcum

In illo tpe. Offerebãt iesu paruulos ut tãgẽt eos Discipuli aũt cõminabãt offerentibꝫ. Quos cũ videret iesus: idigne tulit ⁊ ait illis. Sinite paruulos venire ad me: ⁊ ne prohibueritis eos Taliũ est eni regnũ dei. Amen dico vobis: quisquis nõ receperit regnum dei uelut paruulus nõ itrabit i illud. Et cõplexãs eos ⁊ iponẽs manꝰ sup eos: bñdicebat eos. Dñica qrta post octabas epiphanie dicit totum officium de dñica pcedẽti. Col.

Familiam tuam qsumus dñe cõtinua pietate custodi: ut que in sola spe gratie celestis mittit tua semper protectõne muniatur. Per d. Ad colocenses.

Fratres. Induite vos sicut electi dei sancti et dilecti viscera misericordie. Benignitatem humilitatem. modestiam/ patientiam supportantes inuicem. et donãtes nobismet ipsis. Si quis aduersus aliquem habet querelam: sicut et dominus dõauit vobis. ita et nos. Super omnia autem hec mutuaꝫ caritatem habentes: quod ẽ vinculum perfectionis Et pax christi exultet in cordibus vestris: in qua et vocati estis ĩ vno corpore et grati estote Verbum christi habitet in vobis abundãter in omni sapientia docentes et commouentes vosmetipsos: ĩ psalmis ⁊ hymnis et canticis spiritalibꝫ. In gratia canentes: in cordibus vestris deo. Omne quodcũqꝫ facitis in verbo aut ĩ opere: oĩa in nomĩe domini iesu christi facite. Gratias agentes deo ⁊ patri: per iesũ christũ dominũ nostrũ. Secundum matheum

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celoꝝ homĩ qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum autem

dormirent homines: uenit inimicus eius & superseminauit zizania in medio tritici et abiit. Cum autē creuisset herba & fructū fecisset tūc apparuerūt et zizania. Accedētes aūt serui patrisfamilias dixerūt. Dñe: nōne bonū semē seminasti in agro tuo? Unde ergo hēt zizania? Et ait illis Inimic⁹ hō hoc fecit. Serui aūt dixerunt ei. Uis im⁹ et colligimus ea? Et ait. Nō. Neforte colligētes zizania: eradicetis simul cum eis & triticū. Sinite utraqȝ crescere usqȝ ad messem: & ī tpē messis dicā messoribȝ. Colligite primū zizania & alligate ea in fasciculos ad cōburēdum. Triticū aūt cōgregate ī horreū meum. Secreta.

Hostias tibi domine placationis offerimus: ut et delicta nostra miseratus absoluas et mutantia corda tu dirigas Per dñm

Quesum⁹ omni Postcō potēs deus. ut illius salutaris capiam⁹ effectū: cuius per hec misteria pignus accepimus. Per do.

Dñica quinta post octabas epiphanie dicit̄ officiū totū de dñica. scl3. Adorate Collecta.

Conserua populū tuū deus et tuo nomi fac deuotū ut diuinis subiect⁹ officiis: et temporalia uiriliter & eterna dona pcipiat per. Ad romanos.

Frēs. Scim⁹ qm quecunqȝ lex loquitur. his q ī lege sunt loquitur: ut omē os obstruatur et fiat omis mundus subdit⁹ deo. Qr ex operibus legis: nō iustificabitur omnis caro corā illo. Per legem enim: agnitio peccati. Nunc autem sine lege iusticia dei manifestata est: testificata a lege & prophetis. Justicia aūt dei per fidem iesu christi super omnes qui credunt Nō enī est distinctio Omnes enim peccauerūt et egent gloria dei: iustificati gratis p gratiā ipi⁹ p redēptōnē q est in xpo iesu. Quē pposuit de⁹ ppiciatōnē p fidē ī sāguīe ipsius ad ostentionem iusticie sue propt̄ remissionē

p̄cedētium delictoꝝ in su-
stentatione dei ad offensio-
nē iusticie eius in hoc tēpo-
re:ut sit ipse iustus ⁊ iustifi-
cās eū qui ē ex fide iesu chri
sti:dn̄i nostri. Scd̄m marcū.
In illo tēpore. Cū sero
essꝫ factū:erat nauis
in medio mari.⁊ ies⁹ solus
in terra. Et videns eos la-
borātes i remigando.erat
enī ventus contrarius eis
Et circa quartam vigiliā
noctis vēit ad eos ābulās.
sup mare:⁊ nolebat p̄teri-
re eos. At illi vt viderūt eū
super mare ambulantem:
putauerunt fantasma esse
et exclamauerūt. Oēs enī
eū viderūt:et ꝯturbati sūt
Statimqꝫ iesus locutus ē
cum eis:et dixit eis. Confi-
dite:ego sum nolite time-
re. Et ascendit ad illos in
nauim:et cessauit ventus
Et plus magis īra se stu-
pebant. Non enim intelle-
xerant de panib⁹. Erat enī
cor eoꝝ obsecatū Et cū trā-
fretassent:peruenerūt i ter-
rā genezareth. Cūqꝫ egres-
si essent de naui:statim co-
gnouerunt eū. Et pcurrēs
vniuersam regionē illam:
ceperūt in grabatis eos q̄
se male hēbāt circunferre:
ubi audiebāt eū eē. Et quo
cunqꝫ ītroibat in vicos vel
in villas aut ciuitates:in
plateis ponebāt infirmos
et dep̄cabātur eū:ut vel
fimbriā vestimēti eius tā-
gerent. Et quotquot tāge-
bāt eū:salui fiebāt. Secreta
Hec nos oblatio deus
mundet et renouet:
gubernet ⁊ ptegat. p d. p⁹cō
nire gaudentes. Per dñm.

Feria tercia. Introitus.

Nos aūt gloriari oportet ī
cruce dñi nri iesu christi ī quo ē
salus vita et resurrectio nostra
ꝑ quem saluati ⁊ liberati sum⁹
P̄s. Deus misereatur nostri ⁊ bñ
dicat nobis illumiet vultū suū
sup nos et misereatur nri. Col.

Omnipotēs sempiṫne
de⁹ da nobis ita dñi
ce passionis sacramēta ꝑa
gere: ut īdulgētiā ꝑcipere
mēamur. p. Lcō libri sapiētie

In diebus illis. Dixe-
runt impii iudei apud
semetipsos. Venite circū-
ueniam⁹ iustū quoniam i-
utilis est nobis et contrari
us est operibus nostris Et
improperat nobis peccata
legis: et diffamat ī nos pec
cata discipline nostre. Pro
mittit se sciam dei habere:
⁊ filiū dei se noīat. Fact⁹ est
nobis in traductionē cogi
tationū animaꝝ nostraꝝ:
grauis est nobis etiā ad vi
dēdū. Quoniā dissimilis
ē aliis vita illius: ⁊ in veri-
tate sunt vie illius. Tanq̄
nugaces estimati sumus
ab illo: et abstinet se a viis
nris tanq̄ ab immundici
is. Et prefert nouissima iu

storũ: et gloriatur patrem se deum habere. Videam⁹ si sermones illius veri sit: et temptemus que ventura sunt illi. et sciemus q̃ erũt nouissima illius. Si enim verus dei filius est suscipi-et illum ⁊ liberabit eum de manibus cõtrariorꝫ. Cõtumelia et tormento interrogemus illum vt sciam⁹ reuerentiam illius: et probemus patiẽtiam eius. Morte turpissima ꝯdennemus eũ. Erit enĩ respectus ex sermonibus illius. Hoc cogitauerunt et errauerunt: excecauit enĩ illos malicia eorum. et nescierũt sacramẽta dei neqꝫ mercedem sperauerunt iusticie: nec indicauerunt honorem aĩarũ sanctarꝫ. Dicit dñs omp̃s.

℟. Ego autem dum michi molesti essent induebam me cilicio et humiliabam in ieiunio aĩam meã et oratio mea in sinu meo cõuertetur. ℣. Judica dñe nocẽtes me expugna ĩpugnãtes me. apprehende arma et scutũ ⁊ exurge ĩ adiutoriũ michi. Passio dñi nrĩ iesu xp̃i secundũ marcũ

In illo tp̃e: Erat pascha et azima post biduum. Et querebant summi sacerdotes ⁊ scribe. quomodo iesũ dolo tenerẽt ⁊ occiderent Dicebãt enĩ nõ in die festo. Neforte tumultus fieret in populo. Et cũ eẽt iesus bethanie in domo symonis leprosi et recũberet venit mulier habẽs alabastrum vnguẽti nardipistici preciosi. et fracto alabastro. effudit super caput ei⁹ Erant autem quidam ĩdigne ferentes intra semetipsos et dicentes. Vt quid ꝑditio ista vnguẽti facta ẽ? Poterat enim vnguẽtum istud venũdari plusq̃ trecentis denariis ⁊ dari pauperibus. Et fremebant in eam. Jesus autem dixit illis. Sinite eã. Quid illi molesti estis? Bonũ opus operata est ĩ me Sẽper enĩ pauperes habetis vobiscũ: et cũ volueritis potestis illis benefacere. Me aũt nõ semper habebitis. Qđ habuit hec fecit. preuenit vngere corpus meũ ĩ sepultu

ram. Amē dico vobis: vbicunqȝ predicatum fuerit euangeliū istud i vniuerso mundo: et qđ fecit hec narrabitur in memoriā eius. Et iudas scariothes (vnꝰ de duodecim) abiit ad sūmos sacerdotes: vt proderet eum illis. Qui audientes gauisi sūt: ꝛ promiserunt ei pecuniam se daturos Et q̄rebat quomodo illū oportune traderet Et primo die azimoꝝ quando pascha imolabāt: dicunt ei discipli Quo vis eamus. ꝛ paremꝰ tibi vt manduces pascha? Et mittēs duos ex discipulis suis: et dixit eis Ite in ciuitatem: et occurret vobis homo lagenā aq̄ baiulans Sequimini eū: et quocūqȝ itroierit dicite dn̄o domus quia magister dixit. Vbi ē diuersoriū meū et refectio mea: ubi pascha cū discipulis meis māducē? Et ipse vobis demonstrabit cenaculū grande stratū: et illic parate nobis. Et abierunt discipuli eius et venerunt i ciuitatē: ꝛ inuenerūt sicut dixerat illis. ꝛ parauerunt pascha. Vespere aūt facto: venit cū duodeci. Et discūbentibꝰ eis et manducantibus: ait iesus. Amē dico vobis: quia vnꝰ ex vobis me tradet qui māducat mecū At illi ceperūt cōtristari et dicere ei sigillati Nunquid ego? Qui ait illis Vnus ex duodecim: qui intigit mecum manū in catino. Et filius quidē hominis vadit sicut scriptū ē de eo. Ve autem homini illi: per quem filius homīs tradet Bonū erat ei: si non esset natꝰ hō ille. Et manducātibȝ illis: accepit iesus panem. et benedicēs fregit et dedit eis. ꝛ ait. Sumite: hoc est corpꝰ meū. Et accepto calice. gratias agēs dedit eis Et biberunt ex eo oēs: et ait illis. Hic est sanguis meus noui testamēti qui pro mltis effundetur. Amē dico vobis quod iam nō bibam de genimine vitis. vsqȝ i diem illum cū illud bibā nouū i regno dei Et hymno dicto exierūt i mōtē oliuaꝝ. Et ait

illis iesus. Omnes scanda lizabimini in me in ista no cte. Quia scriptũ ẽ. Percu- tiam pastorem ⁊ dispergẽt oues. Sed post ea ꝙ resur rexero: precedam vos in ga lyleam. Petrus autem ait ei. Et si omẽs scandalizati fuerint sed non ego. Et ait illi iesus Amen dico tibi: qr tu hodie in hac nocte priuſ ꝙ bis gallus vocẽ dederit ter me es negaturus. At il- le amplius loquebatur Et si oportuerit me simſ cõmo ri tecũ: non te negabo. Si- militer autem. et omẽs di- cebãt. Et veniunt ĩ prediũ cui nomen gethsemani: et ait discipulis suis. Sedete hic: donec orem Et assum psit petrum et iacobũ ⁊ io- hannẽ secũ: et cepit pauere et tedẽ. Et ait illis. Tristis ẽ anima mea vsqʒ ad mor tem. Sustinete hic: et vigi- late. Et cũ processisset pau- lulũ: procidit super terrã. ⁊ orabat vt si fieri posset trã- siret ab eo hora Et dixit Ab ba pater. omĩa possibilia ẽ sunt transfer calicẽ hunc a

me. Sed non quod e go vo lo: sed quod tu. Et venit ⁊ i uenit eos dormientes. Et ait petro. Symõ dormis? Non potuisti vna hora vi- gilare mecũ? Vigilate ⁊ o- rate: ut nõ intretis ĩ tẽtatõ nem. Spiritus q̃dẽ prom- ptus est: caro autẽ infirma Et iterũ abiẽs orauit eũdẽ sermonẽ dicẽs. Et reuersꝰ denuo inuenit eos dormiẽ tes. Erant enĩ oculi eorum grauati: et ignorabãt quid responderẽt ei. Et venit ẽ- cio: ⁊ ait illis. Dormite iã: ⁊ requiescite. Sufficit. Vẽit hora: ecce tradeẽ filiꝰ hois in manus peccatoꝝ. Sur- gite eamꝰ: ecce q̃ me tradet prope ẽ. Et adhuc eo loquẽ te vẽit iudas scarioth vnꝰ ex duodecim: et cũ illo tur- ba mlta cũ gladiis ⁊ lignis missi a sũmis sacerdotibꝫ. et scribis ⁊ senioribꝫ. Dede rat aũt traditor eis signũ dicẽs. Quẽcũqʒ osculatus fuero ipse ẽ: tenete eũ et du cite caute. Et cum venisset statim accedẽs ad iesũ ait. Rabbi. Et osculatus ẽ eũ.

At illi manus iniecerūt in
iesū et tenuerūt eum. Vn⁹
aūt de circūstantibus edu
cens gladiū ꝑcussit seruū
sūmi sacerdotis:et ampu-
tauit illi auriculā Et respō
dens iesus:ait illis Tanq̄
ad latronē existis cū gladi
is ⁊ lignis cōprehendē me?
Quotidie eram apud vos
in templo docens:et non
me tenuistis. Sz vt adiple
antur scripture. Tūc disci-
puli eius relinquentes eū:
omēs fugerunt. Adolescēs
autem quidā sequebat eū
amittus sindone super nu
do.et tenuerūt eū. At ille re
licta sindone: nudus ꝓfu-
git ab eis. Et adduxerūt ie
sum ad sūmū sacerdotem
et conuenerunt oēs sacer
dotes et scribe et seniores.
Petrus aūt secutus ē eū a
longe.vsqz intro ī atrium
sūmi sacerdotis:et sedebat
cū ministris ⁊ calefaciebat
se ad ignē. Sūmi vero sa-
cerdotes et omē consilium
querebāt aduersus iesū te-
stimoniū vt eū morti trade
rent:nec inueniebāt. Mul-
ti enī falsū testimoniū dice
bant aduersus iesū. ⁊ cōue
nientia testimonia nō erāt
Et quidam surgentes:fal
sū testimoniū ferebāt ad-
uersus eū dicētes. Quoni-
am nos audiuimus eū di-
centē. Ego dissoluā tēplū
hoc manufactū.et post tri
duū aliud nō manufactū
edificabo. Et non erat con
ueniens testimonium illo
rum. Et exurgēs summus
sacerdos in mediū interro
gauit iesum dicens. Nō re-
spondes quicq̄ ad ea que t̄
obiciuntur ab his. Ipse aūt
tacebat et nichil respondit
Rursū sūmus sacerdos in
terrogauit eum:et dixit ei.
Tu es xp̄s filius dei bn̄dic
ti? Jesus aūt dixit illi. Ego
sum. Et videbitis filiū ho
minis a dextris sedētē vir
tutis:et venientē cū nubibz
celi. Sūmus aūt sacerdos
scindens vestimēta sua ait.
Quid adhuc desideram⁹
testes? Audistis blasphemi
am. Quid vobis videtur?
Qui omēs condennauerūt
eum esse reum mortis. Et

ceperunt quidam conspue
re eum et velare faciem ei9
et colaphis eũ cedere et di
cere ei . Prophetza. Et mi-
nistri alapis eum cedebãt.
Et cũ esset petrus in atrio
deorsũ. venit vna ex ancil-
lis sũmi sacerdotis. Et cũ
vidisset petrũ calefacientẽ
se: aspiciẽs illum ait. Et tu
cũ iesu nazareno eras. At il
le negauit dicẽs . Neqȝ scio
neqȝ noui qd dicas. Et exi-
it foras ante atriũ: et gall9
cantauit. Rursũ aũt cũ vi-
disset illum alia ancilla: ce
pit dicere circũstantib9. qꝛ
hic ex illis est At ille iterum
negauit Et post pusillum:
rursus q astabãt dicebant
petro. Vere ex illis es: nam
et galyleus es? Ille autem
cepit anathematizare ⁊ iu
rare: qꝛ nescio hoiem istum
quem dicitis. Et statim ite
rũ gallus cantauit. Et re-
cordatus est petr9 verbi qd
dixerat ei iesus. priusq̃ꝫ gal
lus cãtte bis: ter me nega-
bis. Et cepit flere. Et confe
stim mane consilinm faciẽ
tes sũmi sacerdotes cũ seni

orib9 et scribis: et vniuerso
cõsilio: vinciẽtes iesum du-
xerunt et tradiderũt pyla-
to Et interrogauit eũ pyla
tus. Tu es rex iudeorum?
At ille respõdẽs ait illi Tu
dicis. Et accusabant eũ sũ
mi sacerdotes ĩ mltis. Py-
latus aũt rursũ interroga-
uit eũ dicens. Non respon-
des qcq̃ꝫ? Vides in q̃tis te
accusãt? Jesus aũt ampli9
nichil respõdit: ita vt mira
retur pylat9. Per diẽ aũt fe
stũ dimittẽ illis solebat v-
num ex vinctis: quẽcunqȝ
petissent. Erat autem vn9
qui dicebat barrabas q cũ
seditiosis erat vinct9. q ĩ sedi
tione fecerat homicidium
Et cũ ascendisset turba: ce
pit rogare sicut semper fa-
ciebat illis. Pylatus aũt re
spondit eis: et dixit. Vultis
dimittam vobis regẽ iude
orũ? Sciebat enĩ: q per inui
diam tradidissent eũ sũmi
sacerdotes. Pontifices aũt
cõcitauerũt turbã: vt ma-
gis barrabã dimitteret eis
Pylatus autem iterũ respõ
dens: ait illis. Quid ergo

vultis faciã regi iudeorũ? At illi iterum clamauerũt. Crucifice eum. Pylat⁹ aũt dicebat eis Quid enĩ mali fecit? At illi magis clamabant dicẽtes Crucifige crucifige eum Pylatus aũt volens populo satisfacere dimisit illis barrabã: ꝛ tradidit illis iesum flagellis cesũ. vt crucifigeretur. Milites aũt duxerũt eũ itro ĩ atũ pretorii: et cõuocãt totã cohortẽ ꝛ induũt eũ purpura ꝛ imponũt ei plectẽtes spineam coronã. ꝛ ceperũt salutare eũ. Aue rex iudeorũ. Et percutiebãt caput eius harũdie. ꝛ conspuebant eũ Et ponẽtes genua. adorabãt eũ. Et postq̃ illuserũt ei. exuerũt illũ purpura ꝛ ĩduerũt eũ vestimẽtis suis: et educũt illũ vt crucifigerẽt eũ. Et angariauerũt ꝑtereũtẽ quẽpiã symonẽ cyreneũ veniẽtẽ de villa patrẽ alexandri ꝛ rufi: vt tolleret crucẽ ei⁹. Et perducunt eũ in golgatha locum: qḋ ẽ iterpretatũ caluarie locus Et dabant ei bibere mirra tũ vinum: ꝛ nõ accepit. Et crucifigentes eũ diuiserũt vestimẽta ei⁹: mittẽtes sortem sup eis. quisq̃d tollẽt. Erat autẽ hora tercia: ꝛ crucifixerunt eum Et erat titulus cause ei⁹ inscriptus rex iudeoꝝ. Et cum eo crucifigũt duos latrones: vnum a dextris et aliũ a sinistris ei⁹. Et adimpleta ẽ scriptura que dicit: et cũ iniq̃s reputatus ẽ. Et pretereũtes blaphemabant eũ: mouentes capita sua et dicentes. Vath qui destruis templũ dei: et in tribus diebꝫ edificas? Saluũ fac temetipm descendẽs de cruce. Similiter ꝛ sũmi sacerdotes illudẽtes ad alterutrũ: cũ scribis dicebãt Alios saluos fecit: seipm non potest saluũ facere? Christus rex isrl' descẽdat nunc de cruce. vt videamus et credam⁹. Et q̃ cum eo crucifixi erãt cõuiciabanť ei. Et facta hora sexta. tenebre facte sunt per totam terrã vsqꝫ in horã nonã. Et hora nona: exclamauit ies⁹ voce magna dicẽs.

helop:helop: lamazabata-
ni? Quod est interpretatũ
Deus meus: deus me⁹ vt
quid dereliquisti me? Et q̄
dam de circũstantibus au
dientes:dicebant. Ecce he
lyam vocat iste. Currẽs au
tem vnus et implens spõ-
giam aceto circũponensq̧
calamo:potum dabat ei di
cens. Sinite videamus si
veniat helyas ad deponen
dum eũ Jesus autem emis
sa voce magna expirauit.
✠ Et velum tẽpli scissũ ẽ
in duo:a sũmo vsq̧ deorsũ
Videns autem centurio q̄
ex aduerso stabat quia sic
clamans expirasset:ait Ve
re homo hic filius dei erat.
Erant autem et mulieres
de longe aspicientes:inter
quas erat maria magdale
ne. ⁊ maria iacobi minoris
et ioseph mater:et salome.
Et cũ essꝫ in galylea seque
bantur eũ ⁊ ministrabant
ei. Et alie multe que simul
cũ eo ascẽderant hierosoli-
mam. Et cũ iam sero essꝫ
factũ quia erat parasceue
quod est ante sabbatũ. Ve
nit ioseph ab arimathia
nobilis decurio q̄ ⁊ ipse erat
expectans regnũ dei Et au
dacter introiuit ad pylatũ
et petiit corpus iesu. Pyla-
tus aũt mirabatur:si iam
obisset. Et accersito cẽturi-
one: iterrogauit eũ si iam
mortuus esset. Et cum co-
gnouisset a centurione: do
nauit corp⁹ ioseph. Joseph
autem mercatus est sindo
nem:et deponens eum in-
uoluit sindone:⁊ posuit eũ
in monumento qđ erat ex-
cisũ de petra. Et aduoluit
lapidem:ad ostium monu
menti. Offꝫ. Custodi me dñe
de manu peccatoris ⁊ ab hoibꝫ
iniquis eripe me dñe. Secreta.
Sacrifica quesum⁹ do-
mine nos propensi⁹
ista restaurent. que medici
nalibus sũt instituta ieiu-
niis. Per dñm. Cõ. Aduersũ
me exercebantur qui sedebãt in
porta et in me psallebãt qui bi-
bebant vinũ ego vero oratõnẽ
meam ad te dñe. tẽp⁹ beneplaci
ti deus in multitudie miseri cor
die tue. Postcõm.
Sanctificatõnibꝫ tuis

omnipotens deus: et vicia nostra curentur & remedia nobis sempiterna proueniant. Per. Super populum.

Tua nos misericordia deus & ab omni subreptione vetustatis expurget. et capaces sancte nouitatis efficiat. Per dominum. Fer. iiii. Introitus.

In nomine domini omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum quia dominus factus est obediens vsque ad mortem mortem autem crucis ideo dominus iesus christus in gloria est dei patris. ps. Domine exaudi orationem meam et clamor meus ad te veniat. Sine. Dominus vobiscum Collecta

Presta quesumus omnipotens deus vt qui nostris excessibus incessanter affligimur per vnigeniti tui passionem liberemur Qui te.

Lectio isaye prophete.

Hec dicit dominus deus Dicite filie syon. Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cum eo. & opus illius coram illo. Et vocabunt populus eos sanctus: redempti a domino. Tu autem vocaberis quesita ciuitas. et non derelicta. Quis est iste qui venit de edom: tinctis vestibus de bosra? Iste formosus in stola sua: gradiens in multitudine fortitudinis sue. Ego qui loquor iusticiam et propugnator sum ad saluandum. Quare ergo rubrum est indumentum tuum: & vestimenta tua sicut calcantium in torculari. Torcular calcaui solus & de gentibus non est vir mecum Calcaui eos in furore meo. & conculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea & omnia indumenta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo annus retributionis mee venit. Circumspexi & non erat auxiliator: quesiui & non fuit qui adiuuaret Et saluauit michi brachium meum: et indignatio mea ipsa auxiliata est michi. Et conculcaui populos in furore meo: et inebriaui eos in indignatione mea: & detraxi in terra virtutem eorum. Miserationum domini recordabor Laudem domini annunciabo super omnia. omnibus

q̄ reddidit nobis: dn̄s de⁹ noster. ℟ Ne auertas faciē tuā a puero tuo quoniā tribulor ve lociter exaudi me. ℣. Saluum me fac deus quoniā intrauerūt aque vsq₃ ad animā meā infix⁹ sum in limo profundi et non est substācia. Dn̄s vobiscū. Collā

Deus qui pro nobis filium tuū crucis patibulū subire voluisti: vt inimici a nobis expellas potestatem: ꝯcede nobis famulis tuis. vt resurrectōis ei⁹ grām ꝯsequamur. Qui te.

Lectio isaye prophete

In diebus illis. Dixit isayas. Domīe: quis credidit auditui nostro: ⁊ brachium dn̄i cui reuelatū ē? Et ascēdet sicut virgultū corā eo: ⁊ sicut radix de terra sitiēti. Nō ē spes ei neq₃ decor: et vidim⁹ eū ⁊ nō erat aspectus. et desiderauimus eū despectū ⁊ nouissimū virorum. virum dolorum et scientē infirmitatem: ⁊ quasi abscōditus vultus eius et despectus. vnde nec reputauim⁹ eū. Vere languores nrōs ip̄e tulit: ⁊ dolores nostros ip̄e portauit. Et nos putauimus eum quasi leprosū. ⁊ percussū a deo et humiliatum Ipse autē vulneratus ē ꝑpter iniquitates nrās: attritus est propter scelera nr̄a. Disciplina pacis nrē sup eū: ⁊ liuore eius sanati sumus. Omēs nos quasi oues errauim⁹. Vn⁹ q̄sq₃ a via sua declinauit: ⁊ dn̄s posuit iīq̄tatē ī eo oīm nr̄m. Oblat⁹ ē quia ip̄e voluit et non aperuit os suū Sicut ouis ad occisionem ducetur: et quasi agnus corā tondēte: se obmutesc₃ et nō aperiet os suū. De āgustia ⁊ de iudicio sublat⁹ ē generatōnē ei⁹ quis enarrabit? Quia abscis⁹ est de t̄ra viuentiū. Propter scel⁹ populi mei ꝑcussi eū: et dabit impios pro sepultura: ⁊ diuites ꝑ morte sua. eo quod iniquitatem nō fecerit nec dolus fuerit ī ore ei⁹: ⁊ dn̄s voluit conterere eū ī infirmitate Si posuerit ꝑ pctō aīam suā: videbit semen longeuū. et voluntas dn̄i in manu eius dirigef. Pro

eo ꝙ laborabit aīa eius: vi
debit et ſcrutabitur in ſcīē
tia ſua. Juſtificabit ipſe iu
ſtus ſeruos ſuos mltos: et
iniquitates eoꝝ ipſe porta
bit. Jdeo diſperſiā ei pluri
mos et fortiū diuidet ſpo-
lia pro eo ꝙ tradidit ī mor-
tem animā ſuam. Et cum
ſceleratis reputatus eſt Et
ipſe pctā multa tulit: ⁊ pro
tranſgreſſoribꝰ rogauit. vt
nō periret. Dicit dn̄s. oṕs.

Dn̄e exaudi orōnē ¶ tractꝰ
meam et clamor meꝰ ad
te perueniat. V. Non auertas fa
ciem tuam a me in quacūqꝫ die
tribulor iclīa ad me aurē tuā. Vꝰ.
Jn q̄cūqꝫ die īuocauero te velo
citer exaudi me. V Quia defece
rūt ſicut fumus dies mei ⁊ oſſa
mea ſicut ī frixorio ꝯfrixa ſunt. V
Percuſſus ſū ſicut fenū et aruit
cor meum quia oblitus ſū man
ducare panem meum. V Tu ex
urgens dn̄e miſereberis ſyon qr
venit tēpus miſerendi eiꝰ ¶ Et
continuo cantetur tractus. Do
mine non ſecūdū pctā. Quādo
dicitur ī hac paſſiōe. velū tēpli
ſciſſū ē. amoueatur cortina que
eſt ante altare Paſſio dn̄i nrī

ieſu chriſti. Secundum lucam

In illo tempore Appro
piquabat dies feſtus
azimoꝝ qui dicitur paſcha
⁊ querebant principes ſa-
cerdotū, et ſcribe quomodo
ieſum interficerent. Time
bant vero plebē. Jntrauit
autem ſathanas in iudā q̄
cognominabatur ſcarioth
vnum de duodecim: ⁊ abi-
it ⁊ locutus ē cū principibꝫ
ſacerdotum et magiſtrati-
bus quē ad modum illum
traderet eis. Et gauiſi ſūt:
et pacti ſunt pecuniam illi
dare. Et ſpopōdit. Et quē-
bat oportunitatem vt tra-
deret illū ſine turbis. Ve-
nit autem dies azimorum
ī qua neceſſe erat occidi pa
ſcha: ⁊ miſit petrum ⁊ iohā
nem dicens. Euntes para
te nobis paſcha vt mādu-
cemꝰ. At illi dixerunt. Vbi
vis paremus? Et dixit ad
eos. Ecce introeuntibus
vobis in ciuitatē: occurret
vobis homo amphoram
aque portans Sequimini
eū in domū in quā intrat.
⁊ dicetis patrifamilias do

mus. Dixit tibi magister. Ubi est diuersoriũ ubi pascha cũ discipulis meis mãducem? Et ipse vobis ostẽdet cenaculũ magnũ stratum. et ibi parate. Euntes aũt inuenerunt sicut dixit illis: et parauerunt pascha. Et cũ facta essꝫ hora discubuit: et duodeci apostoli cũ eo Et ait illis Desiderio desideraui hoc pascha mãducare vobiscũ: añq̃ patiar. Dico enim vobis: q2 ex hoc nõ mãducabo illud donec impleatur in regno dei Et accepto calice: grãs egit et dixit. Accipite et diuidite ĩter vos. Dico enim vobis: q̃ non bibam de generatione vitis donec regnũ dei veniat. Et accepto pane gratias egit et fregit et dedit eis dicens. Hoc est corpus meum qd̃ pro vobis datur hoc facite in meã cõmemorationẽ. Similiter et calicẽ postq̃ cenauit dicẽs. Hic ẽ calix nouũ testamẽtũ in sãguie meo: q̃ p vobis fũdet Verũtamẽ ecce man⁹ tradẽtis me: mecũ ẽ ĩ mẽsa Et quidem filius homis secũdum qd̃ diffinitũ est vadit Verumtamen ve homini illi per quem tradetur. Et ipsi ceperunt querere inter se. quis esset ex eis qui hoc facturus esset. fctã ẽ autẽ et cõtentio inter eos: quis eorũ videretur eẽ maior. Dixit aũt eis Reges gentium dominãtur eoꝝ et qui potestatẽ habẽt sup eos benefici vocantur. Vos autẽ nõ sic. Sed qui maior est ĩ vobis fiat sicut iunior Et qui precessor est: sicut ministrator. Nam quis maior ẽ qui recumbit an q̃ ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrũ sũ sicut qui ministrat Vos autem estis qui permãsistis. mecum in tentationibus meis: et ego dispono vobis sicut disposuit michi pater meus regnũ: vt edatis et bibatis super mẽsam meã ĩ regno meo. et sedeatis sup thronos iudicãtes duodecim tribꝫ isrl̃. Ait autẽ dñs symoni. Symon: ecce sathanas expetiuit vos. vt

cribraret sicut triticū. Ego autē rogaui pro te: vt non deficiat fides tua. Et tu aliquādo conuersus: ꝯfirma frēs tuos. Qui dixit ei. Domine tecū paratus sū et in carcerem: et in mortem ire. At ille dixit. Dico tibi petre nō cantabit hodie gallus: dōec ter abneges nosse me. Et dixit eis. Quando misi vos sine sacculo et pera et calciamentis: nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt. Nichil. Dixit ergo eis. Sed nūc qui habet saccculum tollat similiter ⁊ peram. Et qui non habet vēdat tunicam suam ⁊ emat gladium. Dico eni vobis: quoniam adhuc hoc quod scriptum ē oportet ipleri i me. ⁊ qđ cum iniqs deputatus ē. Eteni ea que sunt de me: finē habent. At illi dixe. Domine: ecce gladii duo hic. At ille dixit eis. Satis ē. Et egressus ibat secūdum consuetudinem in montē oliuarum. Secuti sunt autem illum et discipuli. Et cum peruenisset ad locum dixit illis. Orate: ne intretis in tentationem. Et ipse auulsus est ab eis: quantū iactus est lapidis. Et positis genibus orabat dicens. Pater: si vis transfer calicē istum a me. Verumtamen non mea volūtas: sed tua fiat. Apparuit autem illi āgelus de celo: confortans eum. Et factus in agonia prolixius orabat. Et fact⁹ ē sudor eius sicut gutte sanguinis: decurrentis in terram. Et cum surrexisset ab oratione ⁊ venisset ad discipl'os suos: īuēit eos dormientes pre tristicia. Et ait illis. Quid dormitis? Surgite. orate ne intretis in tētationem. Adhuc eo loquēte: ecce turba et qui vocabatur iudas vnus de duodecim antecedebat eos. Et appropinquauit ad iesum vt obscularetur eū. Jesus autē dixit ei. Juda osculo filium hominis tradis? Videntes autem hi qui circa ipsū erant qđ futurū erat: dixerunt ei. Domine si percutimus in gladio? Et p-

cussit vnus ex illis seruum principis sacerdotū: et amputauit auriculā ei⁹ dextrā Respondens autem iesus ait. Sinite vsqꝫ huc Et cū tetigisset auriculam ei⁹: sanauit eum. Dixit autem iesus ad eos qui venerāt ad se principes sacerdotum ꝛ magistratus templi. et seniores. Quasi ad latronē existis cum gladiis et fustibus? Cum quotidie vobiscum fuerim in templo: nō extendistis manus in me. Sed hec est hora vestra: et potestas tenebrarum. Cōprehendentes autem eum duxerunt ad domum principis sacerdotū. Petrus vero sequebat̄ eū a lōge vt videret finē. Accēso aūt igne in medio atrio: ꝛ circūsedētib⁹ illis. erat petrus in medio eoꝝ. Quē cū vidisset ācilla quedā sedētem ad lumen ꝛ eū fuisset ītuita dixit Et hic cum illo erat. At ille negauit eū: dicens Mulier non noui illū. Et post pusillū alius videns eum: dixit. Et tu de illis es? Petr⁹ vero ait. O homo: non sū. Et interuallo facto: quasi hore vnius: alius quidam affirmabat dicens. Vere ꝛ hic cum illo erat: nam ꝛ galyleus est. Et ait petr⁹. Homo nescio quid dicis Et cōtinuo adhuc illo loquente gallus cantauit. Et cōuersus domin⁹ respexit petrū Et recordatus est petr⁹ verbi domini sicut dixerat. qa priusquā gallus cantet. ter me negabis. Et egressus foras petrus: fleuit amare Et viri qui tenebāt iesum illudebant ei dicentes: Et velauerunt eum et pcutiebāt faciē ei⁹ et īterrogabāt eum dicentes. Prophetiza Quis ē q̄ te pcussit? Et alia mlta blaphemātes: dicebāt ī eū Et vt fctūs est dies conuenerūt seniores plebis et principes sacerdotū et scribe: et duxerunt illum in cōsilium suum dicētes. Si tu es christus dic nobis. Et ait illis. Si vobis dixero non credetis michi. Si autem et interrogauero nō respōdebitis michi.

neq3 dimittetis. Ex hoc autē erit filius hominis sedens a dextris virtutis dei Dixerunt autē oēs. Tu ergo es filius dei? Qui ait. Vos dicitis q2 ego sū. At illi dixerunt. Quid adhuc desideram9 testimoniū? Ipsi enī audiuimus ex ore eius. Et surgēs oīs multitudo eorū duxerunt illū ad pylatum Ceperūt aūt accusare illū dicētes. Hunc iuenim9 subuertentem gentem nostrā et prohibentem tributa dari cesari: et dicentem se christum esse regem. Pylatus aūt interrogauit eū dicēs. Tu es rex iudeorū? At ille respōdēs ait. Tu dicis. Ait autem pylatus ad principes sacerdotum: et turbas Nichil inuenio cause ī hoc hoīe? At illi magis īualescebāt: dicentes. Cōmonet populū docēs p vniuersā iudeā icipiēs a galylea vsq3 huc. Pylatus autē audiēs galyleam interrogauit si homo galyleus esset. Et ut cognouit quod de herodis potestate eēt. misit eum ad herodem qui et ipse hierosolimis erat illis diebus. Herodes autem viso iesu: gauisus ē valde. Erat enī ex multo tempore cupiens videre eū: eo q audiret mīta de illo et sperabat signū aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem illū multis sermonibus: at ipse nichil illi respondebat. Stabāt etiā principes sacerdotum ⁊ scribe: cōstāter accusātes eū. Spreuit aūt illum herodes cū exercitu suo: et illusit idutū veste alba: et remisit ad pylatum Et facti sūt amici herodes ⁊ pylatus in ipsa die: nam antea inimici erant adiuicē. Pylatus aūt cōuocatis principibus sacerdotum ⁊ magistratib3 et plebe dixit ad illos. Obtulistis michi hūc hoīem quasi suuertētē populū. et ecce ego corā vobis interrogans. nullam causam inuenio ī hoīe isto ex his ī quib9 eū accusatis. Sed neq3 herodes Nam remisit eum ad vos ⁊ ecce nichil dignum morte actum

est ei. Emendatum ergo il
lum dimittam. Necesse au
tem habebat dimittere eis
per diem festum vnum vi
ctum. Exclamauit autem
simul vniuersa turba: di-
cens. Tolle hunc: et dimitte
nobis barrabā. Qui erat
propter seditionē quandā
factam in ciuitate et homi
cidiū: missus in carcerem.
Iterum aūt pylatus locu-
tus est ad illos. volens di-
mittē iesum. At illi succla-
mabāt dicētes Crucifige.
crucifige eum. Ille autem
tercio dixit ad illos. Quid
enī mali fecit iste? Nullam
causam mortis inuenio in
eo. Corripiā ergo illum: et
dimittā. At illi instabant
vocibus magnis postulā-
tes vt crucifigeret. et inuale-
scebāt voces eorū Et pylatꝰ
adiudicauit fieri petitio-
nē eorū. Dimisit autē illis
eum qui propter homicidi
um et seditōnem missus fu
erat ī carcerē quē petebāt:
iesū vero tradidit volunta
ti eorum Et cum ducerent
eum apprehenderūt symo
nem quendā cyrenensem
venientem de villa. et im-
posuerūt illi crucem porta
re post iesum Sequebatur
autem illum multa turba
populi et mulierū que plā
gebant et lamentabantur
eum. Cōuersus autē ad il
los iesus dixit. Filie hieru-
salem: nolite flere sup me:
sed super vosipsas flete. et
super filios vestros. Quo-
niam ecce venient dies in
quibus dicent. Beate steri
les et ventres que non ge
nuerunt. et vbera que non
lactauerunt. Tunc incipi
ent dicere montibus: cadi
te super nos. et collibꝫ ope
rite nos. Quia si in viridi
ligno hec faciunt: in arido
quid fiet? Ducebantur au
tem et alii duo nequā cum
eo: vt interficerentur. Et
pōstq̃ venerunt in locum
qui vocatur caluarie. ibi
crucifixerunt eum. Et la-
trones vnum a dextris: et
alterum a sinistris. Jesus
autem dicebat. Pater di-
mitte illis: non enī sciunt
quid faciunt. Diuidentes

uero vestiméta eius: mise-
rūt sortem. Et stabat ppl's
expectans. Et deridebāt il
lū pricipes cū eis dicentes
Alios saluos fecit: se saluū
faciat si hic est christus dei
electus. Illudebāt autem
ei ⁊ milites accedētes. ⁊ ace
tum offerētes illi ⁊ dicētes
Si tu es rex iudeoꝝ. saluū
te fac. Erat aūt ⁊ supscrip-
tio scripta sup illū: lrīs gre
cis et latinis et hebraicis:
hic est rex iudeoꝝ. Vn⁹ aūt
de his qui pendebāt latro-
nib⁹. blasphemabat eū di-
cēs. Si tu es christ⁹. saluū
fac temetipsum et nos. Re
spondens auté alter: incre
pabat illū dicēs. Neqꝫ tu ti
mes deū. q̄ in eadem dāna
tione es Et nos quidē iuste
nā digna factis recipim⁹:
hic vero nichil mali gessit.
Et dicebat ad iesū. Domie
memento mei: cū veneris i
regnū tuū. Et dixit illi ies⁹.
Amen dico tibi. hodie me-
cū eris in paradiso. Erat
autē fere hora sexta: ⁊ tene-
bre facte sunt in vniuersā
terrā. vsqꝫ in horam nonā

Et obscuratus est sol. ⁊ ve-
lū tēpli scissū est mediū. Ex
clamans voce magna ies⁹
ait. Pater. in manus tuas
cōmendo spiritū meū. Et
hec dicēs: expirauit ✠ Vi
dens autem cēturio quod
factum fuerat: glorificauit
eum dicēs. Vere hic homo
iustus erat Et omis turba
eoꝝ qui simul aderant ad
spectaculū istud: ⁊ videbāt
que fiebant. pcutientes pe
ctora sua reuertebāt. Sta
bāt autem omnes noti ei⁹
a longe: et mulieres que
secute erāt eū a galylea hec
videntes Et ecce vir no-
mine ioseph qui erat decu
rio vir bonus ⁊ iustus: hic
non consenserat consilio ⁊
actibus eorum ab arima-
thia ciuitate iudee. qui ex-
pectabat et ipse regnū dei.
hic accessit ad pylatum: et
petiit corpus iesu. Et depo
situm inuoluit in sindone
et posuit eum in monumē
to exciso. in quo nundum
quisquam positus fuerat.
Offꝛ. Dn̄e exaudi orōnē meā
et clamor me⁹ ad te perueniat.

Suscipe q̄s dn̄e ¶ Se[9].
munera oblata. ⁊ di-
gnanter operare vt q̄ passi
onis dn̄i nostri iesu christi
misterio gerimus: piis af-
fectibꝫ cōsequamur. Per e.
Cō. Potum meum cū fletu tē-
perabā quia eleuās allisisti me
et ego sicut fenū arui. tu autē do
mine ineternum permanes tu
exurgēs misereberis syon qꝛ ve
nit tēpus miserēdi eius. Postcō
Largire sensibus nr̄is
oīpotens deus vt ꝑ
temporalē filii tui mortē
quam hec misteria venerā
da testantur. vitam nobis
dedisse perpetuā ꝯfidamꝰ.
Per eūdē. Super populum.
Respice quesumus do
mine super hanc fa-
miliam tuam pro qua do-
minus noster iesus christꝰ
non dubitauit manibus
tradi nocentiū. et crucis su
bire tormētū. Qui tecū vi.
¶ Feria q̄nta i cena dn̄i. an̄ mis
sam dicuntur septem psalmi pe
nitētiales cū letania ⁊ orōnibꝫ
sequentibus sicut feria iiii. i ca
pite ieiunii ⁊ intermittitur pul
satio signoꝝ vsqꝫ ad vigiliam
pasche ad Glīa i excelsis. ¶ Itē
in ista die debēt due hostie cōse-
crari quaꝝ vna reseruāda est ꝑ
die sequēti. quia in die parasce-
ue non cōficitur corpus christi.
Agnus dei dicitur sed pax non
datur. Itē cantato. cōmunione
Dn̄s iesus sine deus in adiuto-
riū incipiunt vespe. sine caplo.
hymno ⁊ versu. ⁊ sine suffragiis
Ad missam. Introitus
Nos autē gloriari oportet
i cruce dn̄i nr̄i iesu christi
in quo ē salus vita ⁊ resurrectio
nostra per quam saluati et libe
rati sumꝰ. p̄. Deus misereatur
nostri ⁊ bn̄dicat nobis illumiet
vultum suū super nos ⁊ misere
atur nr̄i. Nos aūt. Ad collctām
nō dicitur. Flectamꝰ ge. Collā.
Deus a quo ⁊ iudas re
atus sui penam ⁊ cō
fessionis sue latro premiū
sumpsit. cōcede nobis tue
propiciatōnis effectū: ut si
cut in passione sua iesꝰ chri
stus dn̄s noster diuersa v-
trisqꝫ intulit stipēdia meri
toꝝ ita nobis oblato vetu-
statis errore resurrectōnis
sue gratiam largiat̄. Qui
tecum. Ad corinthios.

Fratres Conueniētib3 vobis in vnum iam nō ē dñicā cenā manducare. Vnusq̄sq3 eni. suā cenā p̄sumit ad manducandū. Et ali⁹ quidē esurit: alius autem ebrius est. Nūq̄d domos non habetis ad manducādū et bibendū: aut ecclesiā dei cōtempnitis ⁊ cōfunditis eos q̄ nō habent? Quid dicā vobis? Laudo vos: in hoc nō laudo. Ego enim accepi a dño qđ ⁊ tradidi vobis: qm̄ dñs iesus i qua nocte tradebatur accepit panē et gratias agens fregit ⁊ dixit. Accipite ⁊ mā ducate. hoc ē corpus meū quod pro vobis tradetur. hoc facite in meam commemorationē. Similiter ⁊ calicem postq̄ cenauit dicēs hic calix nouū testamētum ē in meo sāguine. hoc facite quotiēscūq3 bibetis i meā cōmēorationē. Quotiēscūq3 eni mādu cabitis panē hunc ⁊ calicē bibetis: mortē dñi ānūciabitis donec veniat. Itaq3 quicūq3 manducauerit panem et biberit calicē dñi indigne: reus erit corporis ⁊ sanguinis dñi. Probet aūt seipm hō: et sic de pane illo edat. ⁊ ⁊ de calice bibat. Quicūq3 eni manducat et bibit idigne. iudiciū sibi māducat et bibit. nō diiudicās corp⁹ dñi. Ideo inter vos mlti i firmi ⁊ ībecilles: ⁊ dormiūt mlti. Qđ si nosmetipos diiudicarem⁹: non vtiq3 iudicarem⁹. Dū iudicamur autē a dño corripimur: ut nō cū hoc mūdo: dānemur. ℟. Christus factus ē ꝑ nobis obediens vsq3 ad mortē mortē aūt crucis. ℣. Propter quod ⁊ deus exaltauit illū et dedit illi nomē quod est super omne nomen

Secundum iohannem. In illo tp̄e. Ante diem festū pasche sciēs iesus q̄a venit eius hora: vt trāseat ex hoc mundo ad patrē: cū dilexisset suos. Et cena fctā cū dyabolus iam misisset ī cor. vt traderet eum iudas symonis scariothis: sciens quia omnia dedit ei pater in manus. et quia a deo exiuit. et ad deū vadit: surgit

a cena et ponit vestimenta
sua. Et cum accepisset lin-
theum: precinxit se. Deide
misit aquā in peluim: ⁊ ce-
pit lauare pedes discipulo
rum suorū. et extergere lin-
theo quo erat precinctus.
Venit ergo ad symonē pe-
trum: et dixit ei petrus Do
mine tu michi lauas pedes
Respōdit ies⁹ ⁊ dixit ei. Qđ
ego facio tu nescis modo:
scies autē postea. Dixit ei
petrus Non lauabis michi
pedes ineternum. Respon
dit ei iesus. Si non lauero
te: nō habebis partē mecū
Dixit ei symon petrus. Do
mine nō tm̄ pedes meos sȝ
et manus ⁊ caput. Dixit ei
iesus. Qui lotus est non in
diget nisi vt pedes lauet:
sed est mundus totus. Et
vos mundi estis: sȝ nō oēs
Sciebat enī q̄snā eēt q̄ tra
deret eū: ppterea dixit non
estis mūdi oēs Postq̄ ergo
lauit pedes eoꝝ. et accepit
vestimenta sua: cū recubu
isset iterū dixit eis. Scitis
quid fecerī vobis? Vos vo
catis me magister et dñe: ⁊
bñdicitis. Sum eteni. Si
ergo ego laui pedes vrōs.
dñs ⁊ magister: ⁊ vos debe
tis alter alterius lauare pe
des Exēplū enī dedi vobis
vt q̄admodū ego feci vo-
bis: ita ⁊ vos faciatis Offer.
Dextera dñi fecit virtutē dete-
ra dñi exaltauit me nō moriar
sed viuā ⁊ narrab opa dñi. Se.
Ipse tibi q̄s dñe sācte
pater oīpotens etne
de⁹ sacrificiū reddat accep
tum. qui discipulis suis in
sui cōmēoratione hoc fieri
hodierna traditione mon-
strauit iesus christ⁹ dñs nr̄
Qui tecū. Infra actionē
Cōmunicātes et diem
sacratissimū celebrā-
tes quo dñs noster ies⁹ chri
stus pro nobis traditus ē.
Sed et memoriā veneran
tes in primis gloriose sem-
perqȝ virginis marie geni
tricis eiusdē dei ⁊ dñi nri ie
su xpi. Sed et.
Hanc igitur oblationē
seruitutis nostre. sed et cū-
cte familie tue quā tibi offe
rim⁹ ob diē in qua dñs nr̄
iesus christ⁹ tradidit disci-

pulis suis corpis & sãguis sui misteria celebranda q̃s dñe. Infra actionem. Qui pridie q̃ pateretur pro nostra omniũq3 salute hoc est hodie. accepit panẽ in sanctas ac venerabiles manus suas. eleuatis oculis in celũ ad te deũ patrẽ suũ oĩpotẽtẽ. Agnus dei dicit sed pax non datur. Cõ. Dominus iesus postq̃ cenauit cum discipulis suis lauit pedes eorum et ait illis scitis quid fecerim vobis ego dominus et magister exemplũ dedi vobis vt et vos ita faciatis. ¶ Sequuntur vespere sine Deus in adiutorium. añt. Calicem salutaris accipiã et nomen domini inuocabo. ps. Credidi. ã. Cum his q̃ oderunt pacem eram pacificus cum loquebar illis ĩpugnabãt me gratis. ps. Ad dñm. ã. Ab hominibus iniquis libera me dñe ps. Eripe me dñe. ã. Custodi me a laqueo quẽ statuerunt michi et a scandalis operantium iniquitatem. ps. Domĩe clamaui ad te. ã. Considerabã ad dexteram et videbam et non erat qui cognoscẽt me. ps Voce mea ã. Cenantibus autem accepit iesus panem et benedixit ac fregit deditq3 discipulis suis. ps. Magnificat. Missa & vespere sub vna orõe cõcludũtur. Postcõm Refecti spiritalib3 alimẽtis q̃sumus dñe de⁹ noster: vt quod tpẽ nrẽ mortalitatis exequimur. ĩ mortalitatis tue munere consequamur. Qui viuis. Feria vi. ĩ parasceue sñ titlo. X. i

In tribulatõe sua mane consurgẽt ad me. Venite et reuertamur ad dominũ quia ipẽ cepit et sanabit nos: percutiet & curabit nos. Viuificabit nos post duos dies: & in die tcia suscitabit nos. Et viuem⁹ in conspectu eius sciemus sequemurq3 vt cognoscamus dominũ. Quasi diluculum preparatus ẽ egressus eius: & vẽiet nobis quasi ymber tẽporane⁹ et serotinus tre. Quid faciã tibi effraim? Quid faciam tibi iuda? Misericordia vestra quasi nubes matutina et quasi ros mane pertrãsiẽs Propt̃ hoc dolaui ĩ pphis

et occidi eos in verbis oris mei: et iudicia mea quasi lux egredientur. quia misericordiã volui et non sacrificium: et sciẽtiam dei plus quam olocausta. Tractus

Domine audiui auditũ tuum et timui consideraui opera tua et expaui. V. In medio duum animaliũ innotesceris dum appropinquauerint anni cognosceris dum aduenerit tempus ostenderis. V. In eo dũ cõturbata fuerit anima mea in ira misericordie memor eris. V. Deus a libano veniet et sctũs de monte vmbroso et condenso. V. Operuit celos maiestas eius et laudis eius plena ẽ terra. Sequitur oratio sine dñs vobiscũ. sed dicitur Flectamus. Orõ. Deus a quo et iudas &c. vt supra.

Sine titulo legatur

In diebus illis. Dixit dñs ad moysem et aaron in terra egypti. Mẽsis iste vobis principium mẽsiũ primus erit in mensibus ãni Loquimini ad vniuersum cetum filiorũ israel: et dicite eis. Decima die mensis huius tollat vnusquisqz agnũ per familias et domos suas. Sin autẽ minor est numerus vt sufficere non possit ad vescendũ agnũ. assumat vicinũ suũ qui cõiunctus est domui eius. iuxta numerũ animarum que sufficere possint ad esum agni. Erit autem agnus absqz macula: masculus anniculus. Juxta quem ritum tolletis et hedum. et seruabitis eum vsqz ad quartamdecimã diẽ mẽsis huius: immolabitqz eum vniuersa multitudo filiorũ israel ad vesperũ et sument de sanguine et ponẽt super vtrũqz postem et ĩsuper liminaribus domorũ in quibz comedent illum. Et edẽt carnes nocte illa assas igni. et azimos panes cũ lactucis agrestibus. Nõ comedetis ex eo crudũ quid: nec coctũ aqua. sz assum tantũ igni. Caput cum pedibus eius et intestinis vorabitis et os eius nõ cõfringetis. nec remãebit ex eo quicquam vsqz mane. Si quid residuũ fuerit igne cõburetis. Sic aũt co

medetis illũ. Renes vrõs accigetis. ⁊ calciaméta habebitis ĩ pedibus vestris. tenentes baculos in manibꝰ vris ⁊ comedetis festinãtes Est eni phase: idest trãsitus dñi. Tractus.

Eripe me domine ab hoīe malo a viro iniquo libera me. ℣ Qui cogitauerunt malicias in corde tota die ꝯstituebant ꝓlia ℣. Acuerunt linguas suas sicut serpẽtes venenũ aspidũ sub labiis eoꝝ. ℣. Custodi me dñe de manu peccatoris ⁊ ab hoībꝰ iniquis libera me. ℣. Qui cogitauerunt supplantare gressus meos absconderunt superbi laq̃os michi. ℣. Et funes extenderũt in laqueum pedibus meis iuxta iter scandalum posuerunt michi. ℣. Dixi dño deus meus es tu exaudi dñe vocẽ orõis mee. ℣ Domie dñe virtus salutis mee obumbra caput meũ in die belli. ℣. Ne tradas me a desiderio meo peccatori cogitauerũt aduersum me ne derelinquas me neun q̃ exaltẽtur. ℣. Caput circuitus eorum labor labiorum ipoꝝ operiet eos. ℣. Verũtamẽ iusti confitebuntur nomi tuo ⁊ habitabũt recti cum vultu tuo.

¶ Nõ habeat ꝑbiter casulã iduntam nisi supra collum tantum.

¶ Passio domini nostri iesu christi secũdũ iohannem

In illo tp̃e Egressus ẽ iesus cum discipulis suis trans torrẽtem cedrõ vbi erat ortus: in quẽ introiuit ipse et discipuli eius. Sciebat aũt et iudas qui tradebat eũ locũ: q₂ frequent̃ iesus ꝯuenerat illuc cũ discipulis suis. Judas autẽ cũ accepisset cohortẽ ⁊ a põtificibꝫ ⁊ phariseis ministros: venit illuc cũ lanternis et facibus ⁊ armis. Jesus ita q₃ sciens oĩa que ventura erant super eũ: processit et dixit eis. Quem queritis? Responderunt ei. Jesũ nazarenũ. Dixit eis iesꝰ. Ego sum. Stabat autem et iudas q̃ tradebat eũ cũ ipis. Vt ergo dixit eis ego sum. abierunt retrorsum ⁊ ceciderunt in terrã. Iterum ergo eos interrogauit. Quẽ queritis? Illi aũt dixerunt Jesũ nazarenũ. Respondit iesus. Dixi vobis q₂ ego sũ

Si ergo me queritis sinite
hos abire. Vt impleretur ser=
mo quem dixit: quia quos
dedisti michi non perdidi
ex eis quemq̃. Symon ergo
petrus habẽs gladiũ edu=
xit eũ: et percussit põtificis
seruũ et abscidit eius auri
culã dextram Erat autem
nomẽ seruo malchus. Di=
xit ergo iesus petro. Mitte
gladiũ tuũ in vaginã. Ca
licẽ quem dedit michi pat̃
non vis vt bibam illũ? Co
hors ergo et tribunus ⁊ mi
nistri iudeoꝝ cõphenderũt
iesũ ⁊ ligauerunt eũ: et ad=
duxerũt eũ ad ãnã primũ.
Erat eni socer cayphe: qui
erat põtifex anni illi⁹ Erat
aũt cayphas qui cõsilium
dederat iudeis: qꝛ expedit
vnũ hominẽ mori ꝑ ppľo.
Sequebatur autẽ iesum
symon petrus ⁊ alius disci
pulus. Discipulus autem
ille erat notus pontifici: et
introiuit cũ iesu ĩ atriũ põ=
tificis. Petr⁹ aũt stabat ad
ostium foris Exiuit ergo di
scipulus ali⁹ q̃ erat not⁹ põ
tifici: et dixit ostiarie ⁊ itro=
duxit petrũ. Dixit ergo pe=
tro ãcilla ostiaria. Nũquid
et tu ex discipulis es homi
nis istius? Dixit ille. Nõ sũ
Stabãt autem serui ⁊ mi=
nistri ad prunas qꝛ frigus
erat. ⁊ calefaciebãt se. Erat
aũt cũ eis petrus stãs ⁊ ca=
lefaciens se. Pontifex ergo
iterrogauit iesum de disci
pulis suis: ⁊ de doctrina ei⁹.
Respõdit ei iesus. Ego pa=
lam locutus sũ mũdo ego
sẽper docui ĩ synagoga et ĩ
templo quo oĩs iudei con
ueniũt et ĩ occulto locutus
sum nichil. Quid me inter
rogas? Interroga eos qui
audierũt quid locut⁹ sũ eis
Ecce hi sciunt que dixerim
ego Hec aũt cũ dixisset: vn⁹
assistens ministroꝝ. dedit
alapã iesu dicẽs Sic respõ
des põtifici? Respondit ei
iesus. Si male locutus sũ:
testimoniũ perhibe de ma
lo. Si aũt bene quid me ce
dis? Et misit eũ ãnas liga
tum ad capphã põtificem
Erat autem symõ petrus
stans et calefaciens se. Di=
xerunt ergo ei. Nunquid et

tu ex discipulis eius es? Ne
gauit ille: et dixit. non sum
Dixit vnus ex seruis pon-
tificis cognatus eius cuiꝰ
abscidit petrus auriculã.
Nõne ego te vidi in orto cũ
illo? Iterum ergo negauit
petrus: et statim gallus cã
tauit. Adducũt ergo iesum
ad caypham in pretorium
Erat autem mane. Et ipi
nõ itroierunt in pretoriũ:
vt non contaminarentur.
sed vt mãducarẽt pascha.
Exiuit ergo pylatꝰ ad eos
foras: et dixit. Quã accusa
tionem fertis aduersus ho
minem hunc? Responde-
runt. et dixerũt ei. Si non
esset hic malefactor: non ti
bi tradidissemus eum. Di
xit ergo eis pylatus. Accipi
te eum vos: & secũdum le-
gem vestram iudicate eũ.
Dixerunt ergo ei iudei. No
bis nõ licet interficere quẽ
quẽ Vt sermo iesu implere
tur quem dixit. significãs
qua morte esset moriturꝰ.
Introiuit ergo iterũ in pre
toriũ pylatus: & vocauit ie-
sum et dixit ei Tu es rex iu
deorꝫ? Respõdit iesus. A te
metipso hoc dicis: an alii t̃
dixerũt de me? Respondit
pylatꝰ. Nũqd ego iudeꝰ sũ?
Gẽs tua & põtifices tui tra
diderũt te michi. Quid fe-
cisti? Respõdit iesꝰ. Regnũ
meũ nõ ẽ de hoc mũdo Si
ex hoc mũdo eẽt regnũ me
um: ministri mei vtiqꝫ de-
certarẽt vt nõ traderer iu-
deis. Nunc aũt regnũ meũ
nõ ẽ hic. Dixit itaqꝫ ei pyla
tus. Ergo rex es tu. Respõ-
dit iesꝰ. Tu dicis. qa rex sũ
ego. Ego ĩ hoc natꝰ sũ: & ad
hoc veni ĩ mũdũ: vt testioni
um phibeã veritati. Oĩs q̃
ẽ ex veritate audit vocẽ me
am. Dixit ei pylatꝰ Quid ẽ
veritas? Et cu hoc dixisset
iterꝫ exiit ad iudeos: & dixit
eis. Ego nullã ĩ eo ĩuenio
causã. Est aũt ꝯsuetudo vt
vnũ dimittã vobis in pas
cha. Vultis ergo dimittã
vobis regẽ iudeorꝫ Clama
uerunt rursũ oẽs dicentes
Nõ hunc: sꝫ barrabã. Erat
autẽ barrabas latro. Tũc
ergo apprehendit pylatus
iesum: & flagellauit Et mi-

lites plectentes coronã de spinis iposuerunt capiti eius: ⁊ veste purpurea circũ dederunt eũ. Et veniebãt ad eum: et dicebãt. Aue rex iudeorum Et dabãt ei alapas Exiit iterũ pylat⁹ foras: et dixit eis Ecce adduco eum vobis foras: vt cognoscatis quia in eo nullã causã inuenio. Exiit ergo iesus portans spineã coronã. et purpureum vestimentũ. Et dixit eis. Ecce hõ. Cum ergo vidissent eum põtificẽs et ministri. clamabãt dicẽtes Crucifige crucifige eũ. Dixit eis pylat⁹. Accipite eum vos: et crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causam Responderũt ei iudei. Nos legem habem⁹ ⁊ scdm legẽ debet mori. q2 filiũ dei se fecit. Cũ ergo audisset pylatus hunc sermonẽ: magis timuit. Et ingressus ẽ pretoriũ iterũ: ⁊ dixit ad iesum Unde es tu? Jesus aũt responsũ non dedit ei. Dixit ergo ei pylatus. Michi nõ loqueris? Nescis q2 potestatẽ hẽo crucifigẽ te: ⁊ potestatẽ

habeo dimittere te? Respõdit ies⁹. Non haberes potestatem aduersũ me vllam: nisi tibi esset datũ desuper. Propterea qui tradidit me tibi: maius peccatũ habet. Et exinde querebat pylat⁹ dimittere eũ. Judei autem clamabãt dicentes Si hũc dimittis: nõ es amic⁹ cesaris. Ois qui se regem facit cõtradicit cesari. Pylatus ergo cũ audissz hos sermones. adduxit foras iesũ. ⁊ sedit pro tribunali in loco q dicitur nichostratos. hebraice autẽ gabatha. Erat autem paraceue pasche: hora quasi sexta. Et dixit iudeis Ecce rex vester. Jlli aũt clamabãt. Tolle tolle crucifige eum. Dixit eis pylatus. Regem vrm̃ crucifigam? Responderunt pontifices. Non habemus regẽ nisi cesarem Tunc ergo tradidit eum illis vt crucifigeretur Susceperunt autem iesũ: ⁊ eduxerunt. Et baiulãs sibi crucem exiuit in eũ q dicitur caluarie locũ. hebraice aũt golgatha. vbi eum

crucifixerūt. Et cum eo alios duos hinc et inde: medium autem iesū. Et adimpleta ē scriptura: que dixit. Et cū iniquis deputatus est. Scripsit aūt ꝛ titulū pylatus: ꝛ posuit super crucem. Erat aūt scriptū: iesus nazarenus rex iudeoꝝ. Hūc ergo titulū: multi legerūt iudeoꝝ. q꞉ prope ciuitatē erat locus vbi crucifix⁹ ē iesus. Et erat scriptum hebraice. grece et latine. Dicebāt ergo pylato: pontifices iudeorum. Noli scribere rex iudeorū. sed quia ipse dixit. rex sum iudeorum. Respondit pylat⁹ Quod scripsi scripsi. Milites ergo cū crucifixissēt eum. acceperūt vestimēta eius: et fecerūt quatuor partes vnicuiq꞉ militi partem et tunicam. Erat autē tunica incōsutilis: desuper contexta per totū. Dixerūt ergo adinuicem. Nō scidamus eam. s꞉ sortiamur de illa cuius sit. Vt scriptura impleretur dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi et in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hec fecerunt. Stabant autem iuxta crucem iesu: mater eius. et soror matris eius maria cleophe. et maria magdalene. Cum vidisset ergo iesus matrem et discipulum stātem quem diligebat. Dixit matri sue. Mulier: ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora: accepit eā discipulus ī suam. Postea sciens iesus quia iam consummata sunt omnia: vt consummaretur scriptura dixit. Sitio. Vas ergo positum erat: aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto ysopo circūponentes: obtulerūt ori eius. Cum ergo accepisset iesus acetum dixit. Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. ✠ Iudei ergo (qm̄ parasceue erat vt non remāerent in cruce corpora sabbato. erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerunt pylatum vt frangerentur eo-

rum crura et tollerētur Ue
nerunt ergo milites et pri-
mi quidem fregerunt cru-
ra: et alterius qui crucifix⁹
est cū eo. Ad iesum autem
cum venissent vt viderunt
eum iam mortuum: nō fre
gerunt eius crura. Sed v-
nus militum lancea latus
eius aperuit: ꝛ continuo ex
iuit sanguis et aqua. Et q̄
vidit testimonium perhi-
buit: et verum est testimo-
nium eius. Et ille scit quia
vera dicit. vt et vos creda-
tis. Facta sunt enim hec:
vt scriptura impleretur.
Os nō comminuetis ex eo
Et iterū alia scriptura di-
cit Uidebunt in quem trās
fixerunt.

Post hec autem roga-
uit pylatum ioseph ab ari-
mathia: eo ꝙ eēt discipul⁹
iesu occultus autem propť
metum iudeoꝝ: ut tolleret
corpus iesu Et permisit py
latus. Uenit ergo: et tulit
corpus iesu Uenit autem ꝛ
nichodemus qui venerat
ad iesum nocte primum: fe
rens mixturam mirre: et
aloes quasi libras centum
Acceperunt ergo corpus ie
su: et ligauerunt eum lin-
theis cum aromatibus si-
cut mos est iudeis sepelire
Erat autem ī loco vbi cru
cifixus est ortus: et in orto
monumentum nouum in
quo nnndum quisꝙ̄ posit⁹
fuerat Ibi ergo propter pa
rasceuē iudeorum quia iu-
xta erat monumentū po-
suerunt iesum ¶ Finita pas-
sione in dextro cornu altaris a
sacerdote qui officium facit. Si
ne Dominus vobiscum. dicun
tur orationes solennes pro omi
ecclesia ad quas dicitur Flecta-
mus genua leuate Excepta ora
tione pro iudeis et quibusdam
orationibus intermediis. Orō

Oremus. Dilectissimi
nobis pro ecclesia sā
cta dei. vt eam deus et do
minus noster pacificare.
et custodire dignetur toto
orbe terrarum subiciens ei
principatus et potestates.
detqꝫ nobis quietam ꝛ trā
quillam vitam degentibꝫ
glorificare deum patrem
omnipotentem.

Oremus. Flectamus genua.

Omnipotens sempiterne deus qui gloriam tuam omnibus in christo gentibus reuelasti: custodi opera misericordie tue: vt ecclesia tua toto orbe diffusa stabili fide in cõfessione tui nominis pseueret. Per eundẽ. Oratio

Oremus et pro beatissimo papa nostro. N. vt dñs et deus noster qui elegit eũ i ordinẽ episcopatus. saluum et incolumen custodiat ecclesie sue sancte ad regẽdum populum sanctũ dei. Oremꝰ. Flectamꝰ.

Omnipotens sempiterne deus cuius iudicio vniuersa fundantur respice ppiciꝰ ad preces nrãs et electũ nobis ãtistitẽ tua pietate conserua: ut christiana plebs q̃ tali gubernatᷓ auctore. sub tanto pontifice credulitatis sue meritis augeatur. Per. Oratio

Oremus et pro oĩbus episcopis. presbiteris dyaconibus. subdyacõibꝫ acolitis exorcistis lectoribꝫ ostiariis confessoribus virginibus viduis. ⁊ pro omĩ pplo scõ dei. Oremꝰ. flectaꝰ.

Omnipotens sempiterne deus cuiꝰ spiritu totum corpus ecclesie sctificatur ⁊ regitur: exaudi nos pro vniuersis ordibꝫ supplicantes vt grẽ tue munere ab omibꝫ tibi gradibus fideliter seruiatᷓ. Per. ĩ vnitate eiusdẽ. Oratio

Oremus et pro christianissimo rege nostro N. vt deꝰ ⁊ dñs noster subditas illi faciat õs barbaras nationes ad nostrã perpetuam pacẽ. Oremꝰ flectamꝰ

Omĩpotẽs sempiterne deus in cuius manu sunt omnium potestates. et omnia iura regnorum. respice ad christianũ benignꝰ imperiũ: vt gẽtes que ĩ sua feritate confidunt potentie tue dextera comprimantur. Per. Oremus.

Oremus et pro cathecuminis nostris: vt deus ⁊ dominus noster adaperiat aures precordiorũ ipoꝝ ianuãqꝫ misericordie

vt p lauachrum regenera tionis. accepta remissione omnium peccatorum. et ipsi inueniantur fideles in christo iesu domino nostro

Oremus. Flectamus.

Omnipotens sempiterne deus: qui ecclesiam tuam noua semper prole fecūdas. auge fidem et intellectum cathecuminis nostris: vt renati fōte baptismatis adoptiōis tue filiis aggregētur. Per. Oremus.

Oremus dilectissimi. nobis deum patrem omnipotentem vt cunctis mundū purget erroribus morbos auferat. famem depellat aperiat carceres vincula dissoluat peregrinantibus reditum. īfirmātibus sanitatem. nauigantibus portum salutis indulgeat. Oremus Flectamus.

Omnipotens sempiterne deus mestorū consolatio. laborantium fortitudo. perueniant ad te preces de quacunqз tribulatione clamantium vt omēs sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant adfuisse. Per dūm.

Oremus ꝛ Oremus pro hereticis et scismaticis. vt deus et dominus noster eruat eos ab erroribꝰ vniuersis: ꝛ ad scām matrē ecclesiam catholicā atqз apostolicam reuocare dignetur. Oremus Flectamꝰ

Omnipotens sempiterne deus qui saluas omnes et neminem vis perire. respice ad animas dyabolica fraude deceptas. vt omni heretica prauitate deposita: et errantiū corda resipiscant et ad veritatis tue redeant vnitatem. Per dūm Oremus

Oremus ꝛ pro perfidis iudeis vt deus et dominus noster auferat velamen de cordibus eorum ut et ipsi agnoscāt iesum christum dominum nostrum.

Hic non dicitur. Flectamus genua leuate. Collecta.

Omnipotens sempiterne deꝰ: qui etiam iudaicam perfidiam a tua misericordia non repellis.

exaudi p̄ces nostras quas
tibi pro illius populi obse-
catōne deferimus. vt agni
ta veritatis tue luce q̄ chri
stus est a suis tenebris eru
antur. Per eūdē. Oratio

Oremus et p paganis.
Vt deus omnipotēs
auferat iniquitatē a cordi-
bus eoꝝ. et relictis ydolis
suis cōuertātur ad deū vi
uum et verum. et vnicū fi-
lium eius iesum christū do
minū nostrū. cū quo viuit
ꝛ regnat cū spiritusctō de⁹.

Oremus. Flectamus
Omnipotēs sempit̄ne
deus qui non vis mortem
peccatorum sed potius vi
tam semper inquiris. susci
pe propicius orōnē nostrā:
et libera eos ab ydoloꝝ cul
tura. ꝛ aggrega ecclesie tue
sancte ad laudem et gloriā
nominis tui. Per dominū

¶ His expletis presbiter deponit
casulam ꝛ anteq̄ adoretur crux
cantantur hi versus a duobus.

Popule meus quid feci ti-
bi aut in quo contristaui
te responde michi. Quia eduxi
te de terra egypti parasti crucē
saluatori tuo. Alii duo respon
deāt. Agyos otheos Agyos yscir
ros Agyos athanathos eleyson
ymas. Sanctus deus Sanctus
fortis. Sanctus et immortalis
miserere nobis. ¶ Illi qui prius
cantauerunt iterum cantēt hūc
versum. Quia eduxi te per de-
sertum quadraginta ānis ꝛ mā
na cibaui te et introduxi in ter-
ram satis optimam parasti cru
cem saluatori tuo. Agyos. San
ctus. Item duo primi. Quid vl
tra debui facere tibi et non feci
ego quidem plātaui te vineam
meam speciosissimā et tu facta
es michi nimis amara aceto nā
qꝫ mixto cum felle sitim meam
potasti et lancea perforasti lat⁹
saluatori tuo. Agyos. Sanctus
Hic discooperitur crux et ado-
ratur. et cantatur hec ātiphōa.

Ecce lignū crucis in quo sa-
lus mundi pependit venite ado
remus. p̄s. Beati immaculati
in via qui ambulāt in lege do-
mini. Ecce lignum ī quo. Tūc
sacerdos portet eam in locū pa
tum ad eam adorandam. ꝛ can
tentur hee antiphōe. Crucē tu
am adoramus dn̄e et sanctam
resurrectionē tuam laudamus

⁊ glorificamus ecce enim propt crucem venit gaudiũ vniuerso mũdo. ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis illumiet vultum suum super nos et misereatur nostri. Itẽ alia. ã. Dñs fabricator mundi mortis supplicium pateretur in cruce clamãs magna voce tradidit spiritum ⁊ ecce velum templi diuisum est monumenta aperta sunt terremotus enim factus fuerat magnus quia mortem filii dei clamabat mundus se sustinere nõ posse aperto ergo militis lãcea latere eius exiuit sanguis et aq̃ in remissionem salutis nostre. Item alia añt. O admirabile p̃cium cuius pondere captiuitas redempta est mũdi tartarea cõfracta sunt claustra inferni. apta est nobis ianua regni.

Dũ adoratur crux. hy⁹.

Crux fidelis inter omnes arbor vna nobilis nulla silua talem profert fronde flore germine. Dulce lignum dulces clauos dulce pondus sustinet. hy⁹.

Pange lingua gloriosi prelium certaminis ⁊ super crucis tropheum dic triumphũ nobilẽ qualit̃ redemptor orbis immolatus vicerit Crux fidel. De parẽtis pthoplausti fraude facta condolens quando pomi noxialis morte morsu corruit ipse lignum tunc notauit dãna ligni vt solueret. Crux fidelis. Hoc opus nostre salutis ordo depoposcerat multiformis proditoris ars vt artem falleret et medelam ferret inde hostis vnde leserat Crux fidel. Quãdo venit ergo sacri plenitudo tẽporis missus est ab arce patris natus orbis cõditor atq; vẽtre virginali caro factus prodiit Crux fidelis Vagit infans inter arta conditus presepia mẽbra pannis inuoluta virgo mater alligat et pedes manusq; crura stricta cingit fascia. Crux fidel. Lustra sex qui iam peracta tempus implens corporis se volente natus ad hoc passioni deditus agnus i cruce leuatur immolandus stipite. Crux fidelis Hic acetum fel arundo sputa claui lancea mite corpus pforatur sanguis vnda profluit terra ponthus astra mundus quo lauantur flumine Crux fidelis Flecte ramos arbor alta tensa laxa viscera et rigor lentescat

ille quē dedit natiuitas vt super
ni membra regis mitti tendas
stipite. Crux fidelis. Sola di=
gna tu fuisti ferre precium secu
li atqz portum preparare nau=
ta mūdo naufrago quem sacer
cruor perunxit fusus agni corpo
re. Crux fidelis. Gloria et ho
nor deo vsqzquo altissimo vna
patri filioqz inclito paraclito
cui laus est et potestas per eter
na secula. Crux fidelis. ¶ Ado
rata cruce. reportet eam sacer=
dos in locum suum et incipiat
istam. añt. Super omnia ligna
cedrorū tu sola excelsior in qua
vita mundi pependit ī qua chri
stus triumphauit et mors mor=
tem superauit ineternum.
¶ Tunc reponat crucem super al
tare in locum suum. His omni=
bus rite peractis sacerdos ante
altare induat casulam et dicat.
Confiteor deo. Quo dicto re=
portet solēniter eucharistiam a
pridie repositam ad altare. Et
vino et aqua ī calice positis et
corporali superposito dicat sa=
cerdos faciēdo cruces. Per quē
hec omnia domīe semper bona
creas. scti✠ficas. viui✠fi
cas. bene✠dicis. Et prestas
nobis. ¶ Tunc discooperiat ꝑ
biter calicem et accipiat eucha
ristiam faciendo quinqz cruces
dicens. Per ipsum ✠ ꝛ cū ipo
✠ et in ipso ✠ et tibi deo pa
tri omnipotenti ✠ in vnitate
spiritussancti ✠ omnis honor
et gloria. ¶ Sequitur sub missa
voce quasi legēdo tenēs euchari
stiam dicat. Oremꝰ. Preceptis
salutaribꝫ moniti. ꝛc. Pat no
ster: cū collecta. Libera nos q̄s.
ꝛc. Et fctā fractiōe dicat. Per
oīa scl'a seculoꝝ. Chorus respō
deat. Amē. Pax dn̄i sit sēper vo
biscū. Non dicitur agnꝰ dei nec
pax datur. Sed ponat terciam
partē eucharistie ī calice nichil
dicendo. Sāctificatur eni vinū
nō ꝯsecratū ꝑ corpꝰ domini imis
sum. Cōmunicato vero sacerdo
te solo dicunt vespere eo modo
quo ī cena domini sub missa vo
ce. et dicitur hec Collecta

Respice quesumus do=
mine sup hāc famili
am: pro qua dominꝰ noster
iesus christꝰ nō dubitauit
manibus tradi nocētium
et crucis subire tormētum
Qui tecum viuit ꝛ regnat
ī vnitate spūssācti. Vel ista.

De⁹ a quo ꝛ iu. ẋc''. Et sic termināt̄ vespere ī officio. ¶ Sabbato sancto ī vigilia pasche circa horam terciā sacerdos vel dyaconus indutus alba et tunica in sinistra parte chori īcipiat bn̄dictionē cerei hoc modo Exultet iā āgelica. q̄re p⁹. Bn̄d icēsi.

Domine deus omipotēs cui astat exercit⁹ angeloꝝ dignare respicere et bene✠dicere hanc creaturam incensi vt omēs lāguorum demonūqꝫ īsidie odorē ipsius sentientes fugiāt et separant̄ a plasmate tuo qđ filii tui p̄cioso sanguine redemisti. et nūq̄ ledantur a morsu serpentis antiqui. Per eūdē. ¶ Hic ponatur incensum ī cereo dicendo In huius igitur etc''. Quere p⁹ hic benedicatur ignis. ꝛ accendatur cereus. Collecta.

Domine sancte paṫ oīpotens eterne deus bene✠dicentibus nobis hunc ignē in nomine tuo ꝛ vnigeniti filii tui dei ac domini nr̄i iesu xp̄i ꝛ spiritus sancti cooperare digneris ꝛ adiuua nos. Qui viuis ꝛ regnas cū eodē vnigenito tuo ꝛ eodē spiritusctō. per omnia. Benedictio cerei.

Exultet iam angelica turba celoꝝ exultent diuina misteria et pro tanti regis victoria turba itonet salutaris Gaudeat se tellus tāti luminis irradiata fulgoribus et eterni regis splēdore illustrata totius orbis se sentiat amisisse caliginem Letetur et mater ecclesia tanti luminis adornata fulgoribus et magnis populoꝝ vocibus hec aula resultet. Quapropter astātibus nobis fr̄es carissimi ad tā miram sācti huius luminis claritatem. vna mecū queso oīpotentis dei misericordiā īuocate. vt qui me non meis meritis intra leuitarum numerū dignat⁹ est aggregare luminis sui grā̄ īfundente cerei huius laudem īplere p̄ficiat iesus christus dominus noster Qui viuit et regnat cum deo patre in vnitate spiritussācti de⁹ Per oīa secula seculoꝝ. Amē Dominus vobiscū Et cū spiritu tuo. Sursū corda. Habemus ad dn̄m Gratias agamus dn̄o deo nostro. Dignum et iustum est.

Vere quia dignum ⁊ iustū
ē. Inuisibilem deū prēm
omnipotētē filiūqȝ eius vnige
nitum dominū nostrū iesū chri-
stum cum sācto spiritu toto cor
dis ac mētis affectu et vocis mi
sterio personare. Qui pro nobis
etno patri ade debitum soluit
et veteris piaculi cautionē pio
cruore detersit. Hec sunt enī fe-
sta paschalia in quibus ver9 ille
agnus occiditur eiusqȝ sanguie
postes consecrantur. Hec nox ē
in qua primū patres nostros fi
lios isrl' eductos de egypto quos
postea mare rubrum sicco ve-
stigio transire fecisti Hec igitur
nox est que peccatoꝝ tenebras
colūpne illuminatione purga-
uit. Hec nox ē q̄ hodie ꝑ vniuer
sum mundū in christo credētes
a viciis seculi et caligine pctōꝝ
segregatos reddit gratie sociat
qȝ sanctitati. Hec nox est in qua
destructis vinculis mortis chri
stus ab īferis victor ascēdit. Ni-
chil enī nobis nasci profuit nisi
redimi profuisset O mira circa
nos tue pietatis dignatio. O ie
stimabilis dilectio caritatis vt
seruum redimeres filium tradi
disti. O certe necessariū ade pec

catū quod christi morte deletū ē
O felix culpa que talē ac tantū
meruit habere redemptorē. O
beata nox que sola meruit scire
tempus et horam in qua christ9
ab inferis victor ascendit. Hec
nox est de qua scriptū est. et nox
sicut dies illuminabitur. ⁊ nox
illuminatio mea in deliciis me
is. Huius igitur sāctificatio no
ctis fugat scelera. culpas lauat
⁊ reddit innocentiam lapsis et
mestis leticiam. Fugat odia cō
cordiam parat et curuat īperia
Benedictio īcensi. sclȝ Domi
ne deus oīpotēs. q̄re ante. In
huius igitur gratia noctis susci
pe sancte pater incēsi hui9 sacri-
ficium vespertinū. Hic ponitur
thus in modū crucis. Quod ti
bi in hac cerei oblatōne solēni ꝑ
ministroꝝ manus de operibus
apum sacrosctā reddit ecclesia.
Sed iam colūpne hui9 ꝑconia
nouimus quam ī honorē dei ru
tilans ignis accendit Hic accen
datur. Bn̄dictio ignis scilicet.
Domine sācte pater Quere an̄
Qui licet sit diuisus in partes
mutuati tamen luminis detri-
menta non nouit. Alitur liquen
tibus ceris quas ī substantiā p̄-

ciose huius lampadis apis mat
eduxit. O vere beata et mirabi
lis apis cuius nec sexum mascu
li violant fetus non quassēt nec
filiū destruunt castitatem. Sꝫ si
cut sancta concepit virgo ma-
ria virgo peperit et virgo ꝑmā
sit. O vere beata nox que expo-
liauit egyptios ditauit hebreos
Nox ī qua terenis celestia iūgūt
Oramus ergo te dn̄e vt cereus
iste in honorem nominis tui cō
secratus ad noctis huius caligi
nem destruēdā indeficiēs ꝑseue
ret vt in odorem suauitatis ac-
ceptus sup̄nis lumīarib⁹ miscea
tur Flamas ei⁹ lucifer matuti-
nus inueniat. Ille inquam luci-
fer qui nescit occasum. Ille qui
regressus ab inferis humano ge
neri serenus illuxit: Precamur
ergo te dom̄ie vt nos faml̄os tu
os omnemqꝫ clerum et deuotis
simum populum vnacum papa
nostro. N. et gloriosissimo rege
nostro. N. eiusqꝫ nobilissima ꝓ-
le atqꝫ antistite nostro. N. quie-
te temporum concessa in his fe-
stis paschalibꝫ cōseruare digne
ris. Per dominū nr̄m iesū chri-
stū filiū tuū q̄ tecum viuit ꝛ reg
nat ī vnitate sp̄ūsc̄i de⁹ ꝑ o. s. s.

Benedictione cerei completa
lectiones dicuntur sine titulo.

In pricipio creauit de
us celum et terram.
Terra autē erat inanis et
vacua: ꝛ tenebre erant sup
faciem abyssi: et spirit⁹ dei
ferebatur super aquas. Di
xitqꝫ de⁹. Fiat lux. Et fctā ē
lux. Et vidit de⁹ lucem qd̄
esset bona. et diuisit lucem
a tenebris Appellauitqꝫ lu
cē diē: ꝛ tenebras noctem:
Factūqꝫ est vespere et ma-
ne dies vnus. Dixit quoqꝫ
deus. Fiat firmamentum
in medio aquarum. et di-
uidat aquas ab aquis. Et
fecit deus firmamentum
diuisitqꝫ aquas que erant
sub firmamēto ab his que
erāt super firmamentum:
Et factum est ita. Vocauit
qꝫ deus firmamētum celū
Et factū ē vespere ꝛ mane
dies secundus. Dixit vero
deus. Congregentur aque
q̄ sub celo sunt in locū vnū
et appareat arida Et factū
est ita Et vocauit deus ari
dam terram congregati-
onesqꝫ aquarum vocauit

maria. Et vidit de⁹ qḋ eēt
bonum:et ait. Germinet t̃
ra herbam virentem.et fa
cientem semen et lignum
pomiferum faciēs fructū
iuxta genus suū: cui⁹ semē
in semetipso sit super terrā
Et factum est ita Et protu
lit terra herbē virentē ⁊ af-
ferentē semen iuxta genus
suum. lignūqȝ faciens fru
ctum: ⁊ habēs vnūquodqȝ
sementē secūdū speciē suā
Et vidit deus qḋ eēt bonū:
factumqȝ ē vespere et ma-
ne dies tercius. Dixit autē
deus. Fiant luminaria in
firmamēto celi.et diuidāt
diem et noctem.et sint insi
gna et tempora et dies ⁊ ā-
nos: ⁊ luceant in firmamē
to celi.et illuminent terrā.
Et factum est ita. Fecitqȝ
deus duo magna lumina
ria.luminare maius vt p̄-
esset diei: ⁊ luminare min⁹
vt preesset nocti. Et stellas
Et posuit eas in firmamē
to celi vt lucerent super ter
ram. ⁊ preessent diei ac noc
ti: ⁊ diuiderent lucem ac te
nebras. Et vidit de⁹ qḋ eēt
bonum: ⁊ factum est vespe
re ⁊ mane dies quart⁹. Di-
xit etiā deus producant a-
que reptile anime viuētis
et volatile super terrā sub
firmamēto celi. Creauitqȝ
deus cete grandia et oēm
animam viuentē atqȝ mo
tabilem quā produxerāt a
que in species suas:et omē
volatile secūdū genus suū
Et vidit de⁹ qḋ esset bonū:
benedixitqȝ eis dicēs. Cre-
scite ⁊ multiplicamini. ⁊ re
plete aquas maris. auesqȝ
multiplicentur super t̃rā.
Et factum ē vespere ⁊ ma-
ne dies quintus Dixit quo
qȝ deus. Producat t̃ra ani-
mam viuentē ī genere suo
iumenta et reptilia et besti
as terre secūdū species su-
as. Factūqȝ est ita. Et fecit
deus bestias t̃re iuxta spe-
cies suas ⁊ iumēta ⁊ omne
reptile terre in genere suo.
Et vidit deus quod eēt bo
num:et ait. Faciamus ho-
minē ad ymaginē ⁊ simili
tudinem nostram.et presit
piscibȝ maris et volatilibȝ
celi: ⁊ bestiis vniuerseqȝ t̃re

omniqꝫ reptili quod mouet̃
ſ terra. Et creauit deus ho
minē ad ymaginem ⁊ ſimi
litudinem ſnam. ad yma-
ginem dei creauit illū: ma
ſculū ⁊ feminā creauit eos
bn̄dixitqꝫ illis deus et ait.
Creſcite ⁊ multiplicamini
replete terrā et ſubicite eā:
et dominamini piſcibꝰ ma
ris et volatilibus celi: ⁊ vni
uerſis animantibus q̄ mo
uētur ſuper terram. Dixit
qꝫ deus. Ecce dedi vobis
omnē herbam afferentem
ſemē ſuper terrā: ⁊ vniuer-
ſa ligna q̄ habēt in ſemet-
ip̄is ſementem generis ſui
vt ſint vobis in eſcam. ⁊ cū
ctis animātibus terre om
niqꝫ volucri celi: et vniuer
ſis que mouentur in terra.
et in quibus eſt anima vi-
uēs: vt habeāt ad veſcēdū
Et factū eſt ita. Viditqꝫ de
us cūcta que fecerat: ⁊ erāt
valde bona. Et factū ē veſ
pere et mane dies ſextus.
Igitur perfecti ſunt celi et
terra. et omnis ornatus eo
rum. Compleuitqꝫ deꝰ die
ſeptimo opus ſuū qd̄ fece-
rat: et requieuit die ſepti-
mo ab vniuerſo opere ſuo
quod patrarat. Oremus.
ſine dn̄s vobiſcū. ⁊ ſn̄ flectamꝰ.
et ſic ſequentibus Collecta.

Deus qui mirabiliter
creaſti hominem et
mirabilius reformaſti: da
nobis queſumꝰ cōtra oblec
tamenta peccati mētis ra
tione perſiſtere. vt merea-
mur ad gaudia eterna per
uenire Per dn̄m. Lcō ſecūda

In diebus illis: Factū
eſt in vigilia matuti
na. et ecce reſpiciens domi
nus ſuper caſtra egyptiorꝫ
per columpnā ignis et nu
bis interfecit exercitū eorꝫ:
et ſubuertit rotas currūū
ferebanťqꝫ in profundum
Dixerunt ergo egyptii. Fu
giamus iſraelem: dn̄s eni
pugnat pro eis contra nos
Et ait dominus ad moyſē
Extende manū tuam ſup
mare et reuertentur aque
ad egyptios ſuper currus
et equites eorꝫ. Cūqꝫ exten-
diſſet moyſes manū ſuam
contra mare: reuerſum eſt
primo diluculo ad priorē

locū. Fugiētib⁹q₃ egyptiis
occurrerūt aque: ⁊ inuoluit
eos dn̄s ī mediis fluctib₃.
Reuerseq₃ sunt aque et co-
operuerūt currus et equites
cuncti exercitus pharaōis.
qui sequentes ingressi fue
rant mare. ne vnus quidē
superfuit ex eis. Filii autē
israel ambulauerunt per
mediū sicci maris. et aque
eis erant quasi pro muro
a dextris et a sinistris. Li-
berauitq₃ dn̄s in die illo is
rael. de manu egyptiorum
et viderunt egyptios mor-
tuos super litus maris: et
manū magnam quā exer
cuerat dominus cōtra eos
Metuitq₃ populus dn̄m. ⁊
crediderunt domino. ⁊ mo
ysi seruo eius. Tūc cecinit
moyses ⁊ filii israel carmē
hoc dn̄o. ⁊ dixerunt. Tract⁹

Cantem⁹ dn̄o gloriose eni
honorificatus est equū ⁊
ascensorem proiecit in mare ad
iutor et protector factus ē michi
in salutem. ℣. Hic deus meus et
honorabo eum deus patris mei
et exaltabo eum. ℣⁹. Dominus
conterens bella dominus nomē
est illi. Sine Dn̄s vobiscū. orō

Deus cuius āntiqua mi
racula in presēti quo
q₃ seculo chorusscare senti-
mus. presta quesum⁹: vt si
cut priorē populū ab egyp
tiis liberasti hoc ad salutē
gentiū p aquas baptisma
tis opereris. Per. Sine titlo

In diebus illis Appre
hēdent septē mulīes
virū vnū ī die illa dicētes.
Panē nostrū comedemus
et vestimētis nostris operi
emur: tantū modo inuoce
tur nomen tuū super nos:
aufer opprobriū nostrum.
In die illa erit germē dn̄i
in magnificentia et gloria
et fructus terre sublimis:
et exultatio his qui saluati
fuerint de israel Et erit oīs
qui relictus fuerit in syon.
⁊ residuus in hirl'm sāctus
vocabitur. oīs qui script⁹ ē
in vita in hierusalem Si a
bluerit dn̄s sordes filiaꝝ sy
on: et sāguinē hierusalem
lauerit de medio eius ī spū
iudicii ⁊ spiritu ardoris Et
creauit dominus sup oēm
locum montis syon: et vbi

inuocat⁹ ẽ nubẽ per diem ꝛ fumũ et splẽdoꝛẽ ignis flamantis in nocte. Sup omnẽ enĩ gloꝛiã pꝛotectio ꝛ tabernaculũ erit. ĩ vmbꝛaculũ diei ab estu: ꝛ ĩ securitatẽ ꝛ absconsionẽ a turbine. et a pluuia. Tractus

Vinea facta est dilecto in coꝛnu ĩ loco vberi. ℣. Et maceriam circundedit et circũfodit et plãtauit vineam soꝛech et edificauit turrim ĩ medio ei⁹. ℣. Et toꝛcular fodit ĩ ea vinea enĩ domini sabaoth domus israel est. Oꝛatio.

Deus qui nos ad celebꝛandũ paschale sacramẽtũ vtriusqꝫ testamenti paginis instruis. da nobis intelligẽ misericoꝛdiã tuam: vt ex perceptione pꝛesentiũ munerũ firma sit expectatio futuroꝝ. Per dñm.

Hec ẽ hereditas seruoꝝ dñi ꝛ iusticia eoꝝ apud me dicit dominus: Omnes sitiẽtes venite ad aquas: ꝛ q̇ nõ habetis argẽtum pꝛoperate emite et comedite. Vẽite emite absqꝫ argẽto. et absqꝫ vlla cõmutatione vinũ ꝛ lac. Quare appenditis argẽtũ nõ ĩ panib⁹: ꝛ laboꝛẽ vestrũ nõ ĩ saturitate. Audite audiẽtes me et comedite bonũ: et delectabitur in crassitudine anima vestra. Incliate aurem vestrã ꝛ venite ad me. audite et viuet aĩa vestra. Et feriã vobiscũ pactũ sẽpiternũ: mĩas dauid fidel. Ecce testem populis dedi eũ: ducẽ ac p̄ceptoꝛem gentibꝫ. Ecce gentem quã nesciebas vocabis. et gentes que non cognouerũt te: ad te current pꝛopter dominũ deũ tuũ et sanctũ israel. qꝛ gloꝛificauit te. Querite dominũ dum inueniri potest inuocate eũ dum pꝛope est. Derelinquat impius viã suam. et vir iniquus cogitationes suas. et reuertaṫ ad dominũ. et miserebitur ei⁹ et ad deũ nostrũ quoniam multus ẽ ad ignoscẽdum. Non enĩ cogitationes mee cogitatiões vestre. neqꝫ vie mee vie vestre dicit dominus. Quia sicut exaltãtur celi a terra. sic exaltate sũt

vie mee a viis vestris: et cogitationes mee a cogitationibus vestris. Et quomodo descendit ymber et nix de celo et illuc vltra nō revertitur. sed inebriat terrā et infundit eam. et germinare eam facit et dat semē serenti. et panem comedenti sic erit verbū quod egredietur de ore meo. Dicit dominus oipotēs. Tractus

Attende celum et loquar et audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectetur sicut pluuia eloquiū meū et descendat sicut ros verba mea. ℣. Sicut ymber super gramina et sicut nix sup fenum quia nomen dñi inuocabo ℣. Date magnificētiam deo nostro deus verax opera ei⁹ et oms vie eius iudicia. ℣. Deus fidelis in quo non ē iniquitas iustus et sanctus dominus. Oratio

Deus qui ecclesiam tuam semper gentium vocatione multiplicas: cōcede ppici⁹: vt quos aqua baptismatis abluis. continua ptectione tuearis Per dñm nrm iesum. Tractus.

Sicut ceruus desiderat ad fōtes aquarū ita desiderat anima mea ad te deus. ℣. Sitiuit aīa mea ad deū viuū quādo veniā et apparebo ante faciem dei mei ℣. Fuerunt michi lachrime mee panes die ac nocte dum dicitur michi per singulos dies vbi est deus tuus. Oratio

Concede quesum⁹ ops deus vt qui festa paschalia agimus celestib⁊ desideriis accensi fontem vite sitiamus dñm nostrum iesum christum filium tuū Qui tecum viuit. Hee orationes dicunt̄ sine Dñs vobiscū Sequitur letania septena vsq⁊ oēs scti. Deinde incipitur. quina letania vsq⁊ ad oēs sci. et itur ad fōtes et benedicitur aqua ad baptizandū. et baptizant̄ pueri. Et deinde incipitur letania trina vsq⁊. Christe audi nos. et sic incipit̄ missa cantando alta voce.

Kyrieleyson. Letania Christe eleyson Kyrieleysō. Christe audi nos Pater de celis de⁹ miserē nobis. Fili redēptor mūdi de⁹ miserē nobis Spiritus sācte deus miserē nobis. Sctā trinitas vnus

deus miserere nobis. Sancta maria Ora pro nobis.
Sctā dei genitrix or
Sctā virgo virginū or
Sctē michael or
Sctē gabriel or
Sctē raphael. or
Oēs sancti āgeli & archāgeli dei Orate pro nobis.
Omnes scti beatorum spirituū ordines. orate p nobis
Sācte iohēs baptista or
Omēs scti patriarche et prophete. Orate pro nobis
Sancte petre or
Sancte paule or
Sancte andrea or
Sancte iacobe or
Sctē iohēs euāgelista or
Sancte iacobe or
Sancte philippe or
Sancte bartholomee or
Sancte mathee or
Sancte mathia or
Sancte barnaba or
Sancte luca or
Sancte marce or
Sancte symon or
Sancte iuda or
Sancte thoma or
Omnes sancti apostoli & euāgeliste dei orate.

Oēs sci discipuli dñi. or te
Oēs sci inocentes orate
Hic itur ad fontes
Sancte stephane or
Sancte line or
Sancte clete or
Sancte clemens or
Sancte sixte or
Sancte corneli or
Sancte cypriane or
Sancte laurenti or
Sancte vincenti or
Sancte cosma or
Sancte damiane or
Sancte sebastiane or
Sancte fabiane. or
Sancte georgi or
Sancte christofore or
Scē dyonisi cū so. tu. or te
Sctē nichasi cū so. tu. or te
Sctē maurici cum so. tu. or te
Sancte sauiniane or
Sancte potentiane or
Sancte geruasi or
Sancte prothasi or
Sancte iuliane or
Sancte vrbane or
Sancte thoma or
Oēs sci martires dei. or te
Sancte siluester or
Sancte leo or
Sancte gregori or

Sancte ambrosi or
Sancte augustine or
Sancte hieronime or
Sancte vedaste or
Sancte amande or
Sancte lupe or
Sancte alexi or
Sancte albine or
Sancte alpine or
Sancte martine or
Sancte nicolae or
Sancte brici or
Sancte benedicte or
Sancte columbane or
Sancte remigi or
Sancte hylari or
Sancte sulpici or
Sancte anthoni or
Sancte eligi or
Sancte egidi or
Sancte memmi or
Sancte donatiane or
Sancte domiciane or
Sancte fiacri or
Sancte thoma or
Omnes sancti confessores dei. Orate pro nobis.
Omnes sancti monachi et heremite dei. orate p
Scta mͣ magdalene. or
Sca maria egyptiaca or
Sancta felicitas or
Sancta perpetua or
Sancta petronilla or
Sancta agatha or
Sancta lucia or
Sancta cecilia or
Sancta scolastica or
Sancta eugenia or
Sancta eufemia or
Sancta eulalia or
Sancta tecla or
Sancta margareta or
Sancta katherina or
Sancta genouefa or
Sancta agnes or
Sancta barbara or
Sancta appollonia or
Sancta brigida or
Sancta benedicta or
Sancta potentiana or
Sancta mastidia or
Sancta helena or
Sancta martha or
Sancta susanna or
Sancta tantha or
Oēs scē virgines orate
Oēs scti et scē dei orate

Hic fit benedictio fōtium.

Propicius esto parce nobis domine. Ab omni malo libera nos domine. Ab insidiis dyaboli. l. A persecutoribus sancte

dei ecclesie et nostris. ſ.
Ab omni immundicia
mentis et corporis. Libera
nos dñe. Ab ira et odio ⁊
omni mala voluntate. ſ.
A peste clade et fame. ſ.
Ab appetitu inanis glie
ſ. A subitanea et impro-
uisa morte. libera nos dñe
A penis inferni. ſ. Per
misterium sancte incarna
tionis tue. libera nos dñe.
Per sanctam natiuitatẽ
tuam. libera nos domine.
Per circũcisionem tuã. ſ
Per apparitionem tuã. ſ
Per baptismum tuum.
libera nos dñe. Per ieiu-
nium tuum. ſ. Per passi
onem et crucem tuam. ſ.
Per piissimam mortem
tuam. ſ Per gloriosam re
surrectionẽ tuam. ſ. Per
ammirabilem ascensionẽ
tuam. ſ. Per aduentum
spiritussancti paracliti. ſ
In hora mortis succur
re nobis domine In die
iudicii. Libera nos domi-
ne. Peccatores. Te roga
mus audi nos. Ut pacẽ
nobis dones. Te rogam⁹

audi nos. Ut misericor-
dia et pietas tua nos custõ
diat. Te ro. Ut ecclesiam tu
am sanctam regere et defẽ
sare digneris. Te ro. Ut do-
num apostolicum et oms
gradus ecclesie in sancta
religione cõseruare digne-
ris. Te ro. Ut episcopos et
abbates nostros et omnes
ꝯgregatiões plebis illis cõ
missas in sancta religione
conseruare digneris. Te ro.
Ut regib⁊ ⁊ p̄ncipib⁹ nr̄is
verã pacẽ ⁊ cõcordiã dona
re dign̄. Te ro. Ut cũctũ po-
pulũ xp̄ianũ p̄cioso sãguie
tuo redẽptũ conseruare di
gneris. Te ro. Ut mẽtes no
stras ad celestia desideria
erigas. Te ro. Ut spacium
vere penitentie et emenda
tionem vite nobis donare
digneris. Te ro. Ut locum
istũ ⁊ oẽs hitãtes i eo visita
re ⁊ ꝯfortare dign̄. Te ro. Ut
oibus bñfactorib⁊ nostris
sẽpiterna bona retribuas.
Te ro. Ut aias nostras ⁊ pa
rẽtum et bñfactorũ nostro
rũ ab eťna dãnatiõe eripi-
as. Te ro. Ut fruct⁹ t̄re dare ⁊

conseruare digneris. Te.

Ut nauigantib⁹ atq₃ iter agentibus fidelibus viuis ac defunctis vitā ac reqē eternam eis dones. Te.

Ut nostri misereri digneris. Te. Ut nos exaudire digneris. Te. Fili dei. Te.

Agnus dei qui tollis peccata mundi exaudi nos domine. Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mundi dona nobis pacem et reqē sempiternam. amen. Dominus vobiscum. Orō.

Omnipotēs sempiterne deus adesto magne pietatis tue misteriis adesto sacramentis et ad recreādos nouos populos quos tibi sacri baptismatis parturit spiritum adoptionis emitte. vt quod nostre humilitatis gerendū est mysterio tue virtutis impleatur effectu. per dominum. nostrum iesum christum filium tuum. qui tecū viuit. et regnat in vnitate spiritussancti deus. per omia secula secula seculoꝝ. Hic cātatur prefatio. Amen. Dominus vobiscum Et cum spiritu tuo. Sursū corda. Habemus ad dominū. Gratias agamus domino deo nostro. Dignū ꝛ iustum est

Vere dignum et iustū est equum et salutare. Nos tibi semper et vbiq₃ gratias agere. Dñe scte pater omipotēs eterne deus. Qui inuisibili potentia sacramentorum tuoꝝ mirabiliter operaris effectū. ꝛ licet nos tantis misteriis exequēdis simus indigni. tu tamen gratie tue dona nō deserēs: etiam ad nrās pces aures tue pietatis iclinas. De⁹ cui⁹ sps sup aquas iter ipa mūdi primordia ferebat: vt iā tūc virtutē sctificatōis aquaꝝ natura cōciperet. De⁹ q̄ nocētis mūdi crimia p aquas abluēs regeneratōnis speciē i ipa diluuii effusione signasti. vt vnius eiusdēq₃ elemēti mysterio ꝛ finis esset viciis et origo virtutib₃. Respice domie in faciē ecclesie tue

& multiplica ī ea regenerationes tuas qui gratie tue affluētes impetu letificas ciuitatem tuā fōtemqꝫ baptismatis aperis toto orbe terrarum gentibus innouandis: vt tue maiestatis imperio sumat vnigeniti tui gratiam de spiritusctō Hic diuidatur aqua in modum crucis non piciēdo extra. Qui hanc aquam regenerādis hoīb⁹ preparatā. archana sui luminis ammixtiōe fecundet. Vt sctificatione cōcepta ab īmaculato diuini fontis vtero in nouam renata creaturā. pgēies celestis emergat. Et quos aut sexus ī corpore. aut etas discernit in tempore: omēs ī vnā pariat gratia matᵉ infantiam Procul ergo hinc iubente. te dn̄e oīs spiritus īmūdus abscedat. procul tota neq̄cia dyabolice fraudis absciſtat. Nichil hic loci habeat cōtrarie virtutis ammixtio. nō insidiando circūuolet. non latēdo subripiat. non inficiendo corrumpat. Sic hec sancta et innocens creatura libera ab omni impugnatoris incursu. et totius neq̄cie purgata discessu Sit fons ✠ viuus aqua ✠ regenerās vnda ✠ purificās Vt oēs hoc lauachro salutifero diluēdi operante in eis spiritu sctō perfecte purgatōis indulgentiam consequantur ✠ vnde bn̄ ✠ dico te creatura aque per deū ✠ viuum per deū ✠ verum per deū ✠ sāctum. per deum qui te ī pricipio verbo separauit ab arida. cuius spiritus super te ferebatur qui te de paradisi fōte manare fecit et in quatuor fluminibus totā terrā rigare pcepit. Hic diuidat aquā per quatuor partes proiciēdo de fōtibus Qui te ī deserto amaram suauitate indita fecit esse potabilem: et sitiēti populo fōtē aq̄ viue de petra pduxit ✠ Bn̄dico te p iesū christū filiū ei⁹ vnicū dn̄m nostrum. qui te ī chana galylee signo admirabili sua potentia conuertit in vinū Qui pedibus super te ābu

lauit et a iohanne in iordane in te baptizatus e. Qui te vna cũ sanguine de latere suo produxit. et discipulis suis iussit. vt credentes baptizarentur in te dicẽs. Ite docete omnes gentes baptizãtes eos. in nomine patris ⁊ filii et spiritussctí amẽ. Hic mutet vocem ⁊ dicat sub missa voce. Hec nobis precepta seruãtibus tu deus omipotens clemens adesto. tu benignus aspira. Hic aspirat in aqua i modũ crucis tribus vicibus. Tu has sĩplices aquas tuo ore bñdicito. vt pter naturalem emundationem quã lauãdis possint adhibere corporibus: sint etiam purificãdis mentib; efficaces. Hic mittat cereũ i aquã. et dicat faciẽdo crucẽ tribus vicibus cãtãdo i sono primo. Descendat dñe in hãc plenitudinem fontis virtus spũs tui. totamq; huius aque substãtiam regenerandi fecũdet effectu. Hic tollatur cereus de aqua. Hic oĩm peccatorũ macule deleantur. hic natura ad ymaginẽ tuã cõdita et ad hõrẽ tui reformata principii cũctis vetustatis scaloribꝰ emũdet. vt oĩs hõ hoc sacramẽtũ regñatiõis ĩgressus ĩ vere ĩnocẽtie nouã infantiã renascat. Per dñm. Hic aspgat pplm aqua bñdicta ⁊ ponat oleũ scm̃ i fõte dicẽdo. Sãctificetur ⁊ fecũdetur fõs iste ex eo renascẽtibus ĩ vitã eternã amen. Hic ponit crisma i fonte. Cõiunctio olei unctionis ⁊ aq̃ baptismatis. In noie pris ⁊ filii ⁊ spiritussancti. amẽ. Postea redeat processio cãtãdo Propicius esto. ⁊c. Finita letania chorus incipiat sicut i festo duplici. Kyri eleyson. iii. Christe eleyson. iii. Kyri eleyson. iii. Quo finito sacerdos ĩdutꝰ oĩb; vestimẽtis ĩcipiat. Glia i excel. Et pulsẽt cãpãe. Dñs vobisc. Oremꝰ

Deus q̃ hãc sacratissimã noctẽ gloria dominice resurrectionis illustras. conserua ĩnoua familie tue progenie adoptionis spiritũ quẽ dedisti vt corpore ⁊ mente renouati. puram tibi exhibeãt ser-

uirtutem. Per eũdem dñm eiusdem. Ad colocenses

Fratres. Si cum surrexistis cum christo que sursũ sunt querite: vbi christus est in dextera dei sedẽs Que sursum sũt sapite nõ que super terram. Mortui enim estis: et vita vestra abscondita est cum christo in deo. Cũ enĩ christus apparuerit vita vestra: tunc et vos apparebitis cũ ipo in gloria. ¶ Tunc chorarius alta voce icipit. Alleluya. V. Cõfitemini domino qm̃ bonus quoniam in seculum mia ei9. Tractus qui sequit debet dici ab vno

Laudate dominũ ¶ solo omnes gentes et collaudate eum omnes popli. V. Qm̃ confirmata est super nos misericordia eius et veritas dñi manet ineternũ. Scdm matheum

In illo tempore Vespere autẽ sabbati q̃ lucessit in prima sabbati. venit maria magdalene et altera maria videre seplchrũ Et ecce terremotus factus ẽ magnus. Angelus enim dñi descendit de celo et accedẽs reuoluit lapidẽ: et sedebat super eũ Erat aũt aspectus eius sicut fulgur: et vestimenta eius sicut nix Pre timore autẽ eius exterriti sunt custodes: et facti sunt velut mortui Respondens autem angelus. dixit mulieribus. Nolite timere vos. Scio enĩ: q̃ iesum qui crucifixus est queritis. Non est hic Surrexit enim: sicut dixit vobis. Venite et videte locum: vbi positus erat dominus Et cito eũtes dicite discipulis eius et petro q̃a surrexit: et ecce precedet vos in galyleam. Ibi eum videbitis: ecce predixi vobis. Credo nõ dicit. Seqtur. Dñs vobiscũ. et Orem9 Offr nõ hẽt

Suscipe dñe ¶ Secreta. quesumus preces populi tui cum oblationibʒ hostiarum vt paschalibus iniciat misteriis ad eternitatis nobis medelam te operante proficiãt. Per dominũ nostrũ. Prefatio

Equum et salutare. Te quidem omni tempore: sed in hac potissi

mū nocte glorioſius predi
care. cum paſcha noſtrum
imolatus eſt chriſtus. Ipſe
enim verus eſt agnus qui
abſtulit pctā mundi. Qui
mortem noſtram moriēdo
deſtruxit. et vitam reſurgē
do reparauit. Et ideo cum

Infra actionem.

Cōmunicātes ⁊ noctē
ſacratiſſimam celebrātes
reſurrectionis dñi nři ieſu
chriſti ſecundū carnē Sed
et memoriam venerantes
in primis glorioſe ſemper-
qꝫ virginis marie genitri-
cis eiuſdē dei ⁊ domini no
ſtri ieſu chriſti. Sed et bea-
torum apoſtolorum.
Hanc igitur oblationē
ſeruitutis noſtre. ſed et cūc
te familie tue quam tibi
offerimus pro his quoqꝫ
quos regenerare dignat⁹
es ex aqua et ſpirituſancto
tribuens eis remiſſionem
oīm peccatorū. Queſum⁹
dñe. Cū ſacerdos dixerit. Pax
dñi. Chorus reſpondeat tantū
Et cū ſpiritu tuo. Nec dicatur
Agnus dei. Nec pax detur. Sed
poſtꝙ communicatū fuerit can
tantur veſpere. a. Alleluya all'a
ps. Laudate dominum omnes
gentes. Cplm. hy⁹. et v. non di
cūtur ſed ſacerdos qui facit offi.
incipiat alta voce hanc. a. Veſ-
pere autem ſabbati que luceſcit
in prima ſabbati venit maria
magdalene ⁊ altera maria vide
re ſepulchrum alleluya. ps. Ma
gnificat. Miſſa et veſpe ſub vna
concluduntur oratōne q̄ ſeqtur

Collecta

Spiritum
in nobis dñe tue ca-
ritatis infunde. vt quos ſa
cramētis paſchalibus ſati
aſti: tua facias pietate cōcor
des. Per dñm. eiuſdem
Ite miſſa eſt. Alleluya alleluya

Apologia beati ambroſii epi
dicēda ante ſacrificium.

Sūme ſacerdos ⁊ vere
pōtifex q̄ obtuliſti deo pat
hoſtiā purā ⁊ imaculatā i
ara crucis p nobis miſeris
pctōribus quiqꝫ dediſti no
bis carnē tuā ad māducā-
dū ⁊ ſāguinē tuū ad biben
dū et poſuiſti iſtud miſteri
um i virtute ſps tui dicēs.
Hec quotienſcūqꝫ feceritis
in meam commemoratio
nem facietis Rogo p ſāgui

nem tuum preciosũ magnum salutis nostre preciũ. Rogo per hanc mixtam et inenarrabilẽ caritatem q̃ nos miseros et idignos sic amare dignatus es vt lauares nos a pctis nostris in sanguine tuo. Doce me seruũ tuum indignum quem etiam iter cetera dona ad officium sacerdotale vocare dignatus es nullis meis meritis sed sola dignatione misericordie tue. Doce me queso per spiritũ sanctũ tuum tantum tractare misterium ea reuerentia et honore quibus oportet et decet. Fac me per gratiã tuã sẽper illud de tanto misterio credere et intelligere sẽtire et firmiter tenere dicere et cogitare quod tibi placet et expedit aie mee. Intret spiritus tuus bonus i cor meum qui sonet ibi sine sono et sine strepitu verbor loquatur omnẽ veritatem tãtor misteriorũ. Profũda quippe sunt nimis et sacro tecta velamiẽ propter magnam clementiam tuam. Concede michi missarum solennia puro corde et mũda mente celebrare. Libera cor meum ab immundis et nephandis vanis et noxiis cogitationibus. Muni me beatorum angelorum pia et fida custodia atque fortissima tutella vt hostes omnium bonorum confusi discedant per virtutem tanti misterii. et per manũ sãcti angeli tui. repelle a me et a cunctis seruis tuis durissimũ spiritũ superbie et cenodoxie inuidie et blasphemie fornicationis et immundicie dubietatis et diffidẽtie. Confundentur qui me persequũtur pereant illi q̃ perdere cũcta festinãt. Rex virtutum amator castitatis et integritatis. Deus celesti rore benedictionis tue extingue in corpore meo tantum fomitem ardentis libidinis vt maneat in me tenor totius castitatis corporis et anime. Mortifica in membris meis carnis stimulos omnesque libidinosas cõmotiones. Et

da michi verã et perpetuã castitatem cum ceteris bonis tuis que tibi placent ĩ veritate vt sacrificium laudis casto corpore et mundo corde quotidie valeam tibi offerre. Quanta enim cordis contritione et lachrimarum fonte. quanta reuerentia tremore et veneratione. quãta corporis castitate et anime puritate istud diuinum et celeste sacrificium est celebrãdum. Domine vbi caro tua in veritate sumitur. vbi sanguis tuus in veritate bibitur. vbi yma summis coniunguntur. vbi adest presentia sanctoꝝ angelorum vbi tu es sacrificium et sacerdos mirabiliter et ineffabiliter. Quis digne hec potest celebrare nisi tu de⁹ oĩpotẽs offerẽtẽ te feceris di/gnũ. Scio vere dñe et vere scio ⁊ idipm bõitati tue cõfiteor ꝙ non sum dignus accedere ad tantum misterium propter nimia peccata mea et negligentias meas infinitas. Sed scio ⁊ veracitẽ ex toto corde meo credo et ore confiteor quia tu potes me facere dignũ qui solus potes facere mũdum de imũdo ꝯceptũ seie solus de indignis dignos. ⁊ de imũdis mũdos. de peccatoribus iustos facis ⁊ sãctos. Per hanc omnipotentiam tuã te rogo ꝯcede michi peccatori hoc celeste sacrificium celebrare cum timore et tremore cũ cordis puritate ⁊ lachrimarũ fõte ꝯ leticia spũali ⁊ celesti gaudio. Sentiat mẽs mea dulcedinẽ btĩssime p̃sẽtie tue ⁊ excubias sanctoꝝ angeloꝝ in circuitu meo. Ego enim memor venerãde passiõis tue accedo ad altare tuũ licet pctõr vt offerã tibi sacrificiũ quod tu instituisti et offerri p̃cepisti in cõmemoratione tui ꝑ salute nostra Suscipe illud ergo quesumus ꝑ salute nostra sũme pastor deus ꝑ ecclesia tua sancta. pro pp̃lo tuo quem acquisisti sãguine tuo. Et qm̃ me peccatorẽ inter te ⁊ eũdem pp̃lm tuum medi-

um esse voluisti. Licet ĩ me
boni operis testimoniũ nõ
cognoscas. officium saltẽ
dispensationis credite nõ
recuses. nec per me ĩdignũ
eorũ salutis pereat preciũ.
pro quibus victima sctũs
salutaris dignatus es esse
redemptio. Offero ergo do
mine si digneris propiciꝰ ĩ-
tueri tribulationes plebiũ
pericula populoꝝ captiuo
rum gemitus. miserias or
phanoꝝ. necessitates pere-
grinoꝝ inopiam debilium
desperatiões lãguẽtiũ. de-
fectus seniũ. suspiria iuue
nũ. vota virginũ. lamẽta
viduarũ Tu enĩ misereris
oĩm dñe. ⁊ nichil odisti eoꝝ
que fecisti. Memorare dñe
que sit nostra fragilitas qr
tu pater noster es quia tu
deus nr̃ es. Ne irascaris sa
tis neqȝ multitudinẽ visce
rum tuoꝝ super nos ꝯtine
as. Nõ enĩ ĩ iustificatõnibȝ
nr̃is prosternimꝰ p̃ces ãte
faciem tuã. sed in miserati
onibus tuis multis. Aufer
a nobis ĩiquitates nostras
dñe. Et ignẽ sctĩspiritus ĩ

nobis clementer accende.
Aufer cor lapideum a car
ne nr̃a et da nobis cor car-
neũ. q̃d te timeat. te amet.
te diligat. te delectet te seq"
tur. te perfruatur. Oramꝰ
dñe misericordiã tuam ut
sereno familiam tuam sa-
cri tui noĩs officia prestolã
tem aspicere digneris vul
tu. Et ut nullius sit irritũ
votum nullius vacua po-
stulatio tu nobis p̃ces sug
gere quas ipse ꝓpicius au
dire et exaudire delecteris.
Rogamus te etiam pat̃ sã
cte ⁊ ꝑ spiritibus oĩm fide-
lium defunctoꝝ vt illis sit
sanitas salus gaudiũ et re
frigeriũ hoc magne pieta-
tis sacramentũ. Deus me
us sit illis hodie magnum
⁊ plenũ ꝯuiuium de te pãe
viuo q̃ de celo descẽdisti et
das mũdo vitã de tua car
ne sãcta et benedicta agni
videlicet ĩmaclati q̃ tollit
pctã mũdi que de sãcto et
glorioso vtero beate marie
virginis est assumpta ⁊ de
spiritusctõ ꝯcepta. De illo
in quẽ pietatis fonte q̃ lan

cea militis te crucifixi dñi
nostri latere feliciter ema-
nauit vt exinde satiati re-
frigerati refecti ꝛ ꝯsolati e-
xultēt in laude ꝛ gloria tua
Peto clemētiam tuā deus
vt descēdat super illud ple
nitudo benedictionis tue.
et sanctificatō diuinitatis
tue. Descendat etiā dñe sā
ctisspiritus icomprehēsibi-
lis inuisibilisqꝫ maiestas.
sicut quōdam in patrum
hostias descendebat. qui et
oblatōnes nostras corpus
et sanguinem tuum effici-
at. Et me indignum sacer
dotem doceat tantū trac-
tare misteriū cū cordis pu-
ritate et lachrymarum deuoti
one cū reuerentia et tremo
re ita vt placide ꝛ benigne
suscipias hoc sacrificium
laudis de manibus meis
ad salutē oīm tam viuorū
ꝙ defunctorum. Rogo te dñe
per ipsum sacrosanctū mi
steriū corporis et sāguinis
tui quo i ecclesia tua pasci-
mur ꝛ potamur abluimur
et sanctificamur atqꝫ vni⁹
summeqꝫ diuinitatis par-
ticipes efficimur. Da mi-
chi virtutes tuas sanctas
quibus ꝛ repletus bona cō
scientia ad altare tuū acce
dam ita vt hec sacramen-
ta celestia efficiātur michi
salus et vita. Tu enim ore
tuo sancto et benedicto di-
gnat⁹es dicere. Panis quē
ego dabo caro mea est pro
mundi vita. Si quis man
ducauerit ex hoc pāe viuet
īeternū. Panis dulcissime
sana palatū cordis mei vt
sentiam sanitatē amoris
tui: sana illud ab oī lāguo
re vt nullā preter te sentiat
dulcedinem. Panis candi
dissime habens oē delecta
mentū et omnē saporē qui
nos reficis semper et in te
nūꝙ deficis. Comedat te
cor meū ꝛ dulcedīe saporis
tui repleantur viscera ani
me mee. Manducet te āge
lus pleno ore Manducet te
pegrinus pro modulo suo
ne deficere possit in via ta-
li recreatus viatico. Panis
scē. panis viue. panis pul
cer. panis mūde qui descē-
disti de celo et das vitam

mundo. Veni in cor meū ⁊
munda me ab omni inqui
namēto carnis ⁊ spiritus.
Intra in animā meam et
sanctifica me interius ⁊ ex
terius esto tutamē ⁊ conti
nua salꝰ corporis ⁊ aīe mee
Repelle a me insidiantes
hostes michi recedant pro
cul a presētia tue potentie
vt foris ⁊ intus munitus
ꝑ te rctō tramite ad regnū
tuum pueniam vbi nō mi
steriis sicut in hoc tēpore a
gitur sꝫ facie ad faciē te de
um videbimus cū tradide
ris regnum deo patri et de
us erit omnia ī omnibus.
Tunc enim me de te satia
bis satiate mirifica ita ut
neqꝫ esuriam neqꝫ sitiam
ineternum. Amen

¶ Incipit ordo misse. qualiť sa
cerdos debet se indui. Primo la
uet manus suas dicēdo. Laua
bo iter inocētes manꝰ me-
as et circūdabo altare tuū
dn̄e. Tūc reflectet sacerdos ge
nua sua ante altare dicēdo hūc
hymnum. Veni creator spiritꝰ.
Postea induit se amictū dicēdo

Pone dn̄e amictū saluta
rē i capite meo ad expugnā
das et superandas oēs dy
abolicas fraudes. Per chri
stum dn̄m nostrum. amen
Postea induat albam dicendo.
Indue me dn̄e vestimen
to salutis ⁊ indumēto leti-
cie circunda me sēper. Per
christum dn̄m nr̄m amen.
¶ Itē cū cingitur singulo dicat
Precinge domine singulo
fidei et virtute castitatis lū
bos mei cordis et corporis
et intus extingue humorē
totius libidinis vt iugiter
sit in eis tenor totius casti-
tatis Per christū dn̄m amē
¶ Deinde accipiens manipulū
ponat in sinistrā manū et dicat
Merear domine portare
manipulum mentis mee
cum fletu et patiētia vt cū
exultatōne deferendo cum
iustis portōnem accipiam
Per christū dn̄m nr̄m amē
¶ Postea accipiat stolā dicendo
Stola iusticie circunda
ceruicem meam et ab omī
corruptione cordis et cor-
poris purifica mentem me
am. Per christum dominū

nostrum. amen ¶ Deinde in
duens casulā dicat Iugum
tuum domine suaue et o-
nus tuum leue presta vt sic
illud deportare valeā qua-
liter consequi possim tu-
am gratiam. Per christum
dominū nostrū amen. ¶ In
grediendo ad altare sacerdos
dicat. Et introibo ad altare
dei. Ad deum qui letificat iuuē-
tutem meam. ps. Judica me de
us ⁊ discerne. tot⁹ ps dicit cum
Gloria patri. ⁊ sicut erat. Et in
troibo ad altare dei Ad deū qui
letificat iuuētutem meā. Kyri
eleysō. Christe eleysō. Kyri eley
son. Pater noster. Et ne nos.
Sed libera. Pone domine custo
diam ori meo. Et ostium circū
stantie labiis meis. Confitemi
ni dño quoniam bonus. Quo-
niam in seculum misericordia
eius. Et ego reus et indign⁹ sa
cerdos. Confiteor deo omnipo
tenti. ⁊c. Misereatur vestri. ⁊c.
Amen. Per gratiam sctispirit⁹
paracliti et per intermissionem
beate marie semper virginis et
per merita beatoꝝ apostolorū
petri et pauli. et oīm sanctoꝝ et
sanctaꝝ. misereatur vestri oīps
deus ⁊ dimittat vobis oīa pctā
vestra perducat vos iesus chri-
stus filius dei ad vitam eternā
Amen. Absolutio
Indulgentiā absolu-
tionē ⁊ remissionē oīm pec-
catoꝝ nostrorum spacium
vere penitētie et emēdatio
nē vite gratiā et cōsolatio
nē sctispiritus ⁊ perseuerē
tiā in bonis operibus cor
contritū et vere penitēs tri
buat nobis oīpotēs pater
pius ⁊ misericors dñs. amē.
Deus tu conuersus viuificabis
nos. Et plebs tua letabitur i te
Ostende nobis dñe misericordi
am tuā. Et salutare tuū da no
bis. Ora pro nobis scā dei geni
trix. Vt digni efficiamur ꝑmis-
sionibꝫ xpi. Dñe exaudi orōnē
meam. Et clamor meus ad te
veniat. Dominus vobiscū. Et
cum spiritu tuo. Orem⁹
Inclīato capite sacerdos dicat.
Aufer a nobis qs dñe
iniquitates nostras:
vt ad sācta sanctorum pu
ris mentibus introire me-
reamur. Per dñm. Hic oscu
letur altare dicendo.
Conscientias nostras

quesumus dñe visitando
purifica vt veniēs dñs no
ster iesus christus cū oibus
sāctis paratā sibi in nobis
īueniat māsionē. Per eūdē
Deinde osculetur crucifixū sa-
cerdos dicendo. Adoramꝰ te chri
ste et benedicimus tibi quia per
sanctam crucem tuam redemi-
sti mundum. Postea osculetur
euangelium dicēdo. Aue sanctū
euangelium salus et reparatio
animaꝝ nostraꝝ. His dictis in
cipiat̄ missa ⁊ dicat sacerdos añ
Int. Adiutoriū nr̄m in noīe dñi
Qui fecit celū et teerā. Sit no-
men dñi benedictū. Ex hoc nūc
et vsq₃ in seculū. Sequitur. In
troitus misse. Dyaconus vero
accipiēs calicē ponit ī ipso vinū
mediocri quātitate. Postea ac-
cipiens aquā a subdiacono ⁊ po
nēs vnā guttā vel duas ī calice
accipiēs benedictionē a sacerdo
te dicat. Benedicite. Sacerdos
vero signans aquā signo crucis
respōdeat. De latere dñi nostri
iesu christi exiuit sāguis et aqua
pariter in redemptionem popli
In noīe patris ✠ et filii et spiri
tussācti amen. Postea dyaconꝰ
lecturꝰ euāgeliū accipiēs bn̄dic

tōem a sacerdote dicat. Iube do
ne benedicere. Cui sacerdos sic
respondeat. Dñs sit ī corde tuo
⁊ ī labiis tuis vt cōpetēt annūci-
es euāgeliū pacis. In noīe prīs
✠ ⁊ filii ⁊ spiritusācti amē. Lec
to aūt euāgelio stās sacerdos in
medio altaris vertit se ad ppl̄m
dicēs. Dñs vobiscū Choro res-
pondēte. Et cū spū tuo. Iūctis
manib₃ v̄tit se ad altare dicēs.
Oremꝰ Tūc osculet̄ euāgeliū.
dicēs. Aue scm̄ euāgeliū salꝰ ⁊ re
paratio aīaꝝ nr̄āꝝ. Sacerdos
dicat dyacono. Quid retbuam
dño ꝓ oib₃ q̄ retbuit michi. Dya
conꝰ accipiens calicē ⁊ offerens
sacerdoti dicat. Immola deo sa
crificiū laudis ⁊ redde altissimo
vota tua. Sacerdos accipiēs de
uote calicē duabꝰ māib₃ rn̄deat
Calicē salutaris accipiam ⁊ no
mē dñi īuocabo Postea tenēs ca
licē cū patena ī manibꝰ ⁊ eleuās
Suscipe sā pāꝝ dicat. Or
cta trinitas hāc oblationē
quā t offero ī mēoriā in car
natōis natitatis passiōis
resurrectōis ⁊ ascēsiōis dñi
nri iesu xpi ⁊ ī hōꝛe sācte dei
genitricis ⁊ virgis marie ⁊
oīm scōꝝ tuoꝝ ⁊ scāꝝ q̄ tibi

placuerũt ab inicio mũdi:
et eoꝝ quorũ hodie festiui-
tas celebratur: quoꝝ hic no
mina et reliquie habentur
vt illis ꝓficiat ad honorẽ:
nobis aũt ad salutẽ. vt illi
omnes pro nobis itercedẽ
dignentur i celis quorum
hodie memoriã facimus i
terris Per christũ dñm no.
amẽ. Hic faciat crucẽ de calice
deponens ipsũ et ponat hostiã
ãte calicẽ ⁊ patenã iuxta calicẽ
a dextris aliquantulũ lõge ⁊ co
operiat calicẽ corporali desup si
gnãs diacon⁹ vo accipiẽs thuri
bulũ cũ icẽso dicat. Bñdicite. sa
cerdos rñdeat. Ab illo scificeris
in cui⁹ hõre cremaberis In noie
pris ✠ ⁊ filii ⁊ spũsci amẽ Tũc
accipiat sacerdos thuribulũ cũ
icẽso a dyacono ⁊ tenens eũ iun
ctis manib⁹ aũ calicẽ dicat orõ

Dñe de⁹ nr̃ q̃ suscepisti
mũera abel noe ⁊ mo
ysi aarõ ⁊ samuelis ⁊ oĩz scõꝝ
tuoꝝ sic vt de manu mea
suscipere digneris icẽsum
istud i cõspectu tuo i odorẽ
suauitatis i remissionẽ oĩ-
um pcõꝝ nrõꝝ. Hic signet ca
licẽ de thuribulo dicẽs. In noie
patris ✠ et filii et spiritusscti
amẽ. Et incenset altare circun
quaqz Postea sacerdos accipiẽs
patenã det poplo ⁊ dicat vnicui
qz Cẽtuplũ accipies ⁊ vitã etnã
possidebis. Et in fine off. faciat
crucẽ de patẽa sup pplm dicẽdo.
Cẽtuplũ accipietis et vitã eter
nam possidebitis. In noie pats
et filii ⁊ spũsscti amen. Post hec
lauet manus suas dicendo

Da michi dñe ita ma-
nus meas lauare vt
digne possim corpus ⁊ san
guinẽ tuũ tractare Per c.d
n. amẽ. His actis humiliat se
aũ altare iclinato capite dicẽdo

In spiritu humilitatis ⁊
aĩo ꝯtrito suscipiamur do-
mine a te ⁊ sic fiat sacrifici-
um nr̃m vt a te suscipiatur
hodie ⁊ placeat tibi dñe de
us meus Per c.d.n. amen.
Postea erigẽs se osculet altare
dicẽs. Ueni queso scifica
tor oĩps eterne de⁹ benedic ⁊
sãctifica hoc sacrificiũ tibi
preparatũ. Hic signet calicẽ
dicens In noie pats ⁊ filii ⁊ spi-
ritusscti amẽ. Deinde vertit se
ad populũ dicẽs. Orate pro me
fratres et sorores ad dominum

vt meũ ac vestrũ pariter ĩ ꝯspe
ctu dñi sit acceptmu sacrificiũ
per christum dñm nostrũ amen
Tunc dicat secretā vel secretas
quibus dictis vsqȝ ad per omĩa
incipiat. Per omnia secula.
¶ Incipiũt prefatiões toti⁹ āni
Prio ĩ nat dñi nr̃i iesu xp̃i. p̃fat
Eterne deus. Quia p ĩ
carnati verbi miste-
riũ noua mẽtis nr̃ẽ oculis
lux tue claritatis ĩfulsit vt
dũ visibiliter deũ cognosci
m⁹ per hũc ĩ inuisibiliũ amo
rẽ rapiamur. Et ĩdo. Infra
Cõmunicãtes ¶ actõnẽ
et diẽ sacratissimum
celebrantes quo btẽ marie
virgĩs ĩtemerata virgĩtas
huic mũdo edidit saluato-
rẽ. Sed ⁊ memoriā venerā
tes. ĩ primis gloriose sẽper
qȝ virginis marie genitri-
cis eiusdẽ dei et dñi nostri
iesu christi. Sed et btõꝝ a-
postoloꝝ. De epiphaĩa p̃fatio
Eterne de⁹. Quia cum
vnigẽit⁹ tu⁹ ĩ substã-
tia nr̃ẽ mortalitatis appa-
ruit: ĩnoua nos ĩmortalita
tis sue luce reparauit. Et
ideo cũ ãgelis Infra canonẽ

Cõmunicantes et diẽ
sacratissimũ celebrã
tes quo vnigenitus tuus ĩ
tua tecũ gloria coeternis ĩ
vnitate carnis nostre visi-
biliter corporalis apparu-
it. Sed ⁊ memoriā venerā
tes. In primis gl̃iose sẽpqȝ
virgĩs marie. In q̃dragesĩa.
Eterne de⁹ Qui corpali
ieiunio vicia ꝯprimis
mẽtẽ eleuas. virtutẽ largi
ris ⁊ p̃mia. p c. d. n. In resur
Equũ ¶ rectõe dñi. p̃fatõ
⁊ salutare. Te quidẽ oĩ
tpe: sȝ in hac potissimũ die
gl̃iosi⁹ p̃dicare cum pascha
nr̃m ĩmolat⁹ ẽ xp̃s. Ipe eni
ver⁹ ẽ agn⁹ q̃ abstulit pctã
mundi. Qui mortẽ nostrã
moriẽdo destruxit ⁊ vitã re
surgẽdo reparauit. Et ĩdo
Cõmũicãtes ¶ Infra act
⁊ diẽ sacratissimũ cele
brãtes resurrectõis dñi nr̃i
iesu xp̃i scdm carnẽ. Sȝ et
et memoriam venerantes
In primis gloriose semper
qȝ virginis marie genitri
cis eiusdem dei et domini
nostri iesu christi. Sed ⁊ be
atoꝝ aploꝝ. Infra canonem

Hanc igitur oblationē seruitutis nostre sed et cuncte familie tue quam tibi offerimus pro his quos regenerare dignatus es ex aqua et spiritusācto tribuens eis remissionem omnum peccatorum Quesumus domīe vt placatus accipias. diesqꝫ nominis in tua pace dispōas

De ascensione dn̄i. p̄fatio

Eterne deus. Per christum dominum nostrum. Qui post resurrectionē suā oībus discipulis suis manifestus apparuit: et ipsis cernentibus est eleuatus in celum: vt nos diuinitatis sue tribueret esse participes. Et ideo cū angelis et archangelis. ꝛc.

Infra actionem

Communicantes ꝛ diem sacratissimum celebrātes quo dominus noster iesus christus vnigenitus filius tuus vnitam sibi fragilitatis nostre substanciam ī glorie tue dextera collocauit. Sed ꝛ memoriam venerantes In primis gloriose sempqꝫ virginis marie genitricis eiusdem domini nostri iesu christi. Sꝫ et beatorum apostolorum ac martirum tuorum. etc.

In die penthecostes. Prefatio

tur a supueniente iniq̃tate Benignus ē eni spūs disci pline:ꝛ non liberabit male dictū a labiis suis: Qm̄ re nū illi⁹ testis ē de⁹ et cordis ei⁹ scrutator est ver⁹:ꝛ ligue illi⁹ auditor. Qm̄ spūs dñi repleuit orbē terraꝝ: et hoc quod cōtinet oīa sciētiā habet vocis. ℟. Alla. ℣. Spirit⁹ ē de⁹ ꝛ eos q̄ adorant eū ī spū et veritate oportet adorare. Dñs vobiscum Collecta

Presta q̃s oṗs ꝛ misericors de⁹ ut spiritussctūs adueniens. tēplū nos glīe sue dignāt̄ īhitādo pficiat per dñm. In vnitate eiusdem.

Lectio actuū apostoloꝝ.

In diebus illis. Stās petrus cū vndecī apostolis leuauit vocē suā ꝛ locutus est eis Viri iudei ꝛ q̄ hitatis hirl̄m vniuersi: hoc uobis notum sit. ꝛ auribꝫ pcipite verba mea Nō eni sicut vos estimatis hi ebrii sūt cū sit hora diei tercia:sꝫ hoc ē qđ dictū est p pphetā iohel Et erit ī nouissimis dieb⁹ dicit dñs effūdā de spū meo super oem̄ carnem. Et pphabūt filii uri ꝛ filie ur̄e ꝛ iuuenes uestri uisiōes uidebūt ꝛ seniores vestri somnia sōniabunt Et quidem super seruos meos et super ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo:ꝛ prophetabunt. Et dabo pdigia in celo sursum. et signa in terra deorsum. sāguinem et ignem et vaporem fumi. Sol conuertetur ī tenebras . et luna in sanguinem: āteq̄ ueniat dies domini magnus ꝛ manifest⁹ Et omnis quicunqꝫ inuocauerit nomen domini:saluus erit. ℟. Alleluya. ℣. sus Spiritus omnia scrutatur etiam profunda dei. Prosa. Antiphona. Secundum iohannem.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorum. Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum Et ego resuscitabo eū: in nouissimo die. Et scriptū ē in pphetis. Et erūt oēs docibiles dei. Oīs q̄ audiuit a patre et didiscit: venit ad me. Nō q2 patrem vidit

quisquam: nisi is qui est a
deo hic videt patrē. Amen
amē dico vobis: q̄ credit in
me hēt vitā eternā Ego sū
panis vite. Patres vr̄i mā
ducauerūt in deserto man
na: et mortui sūt. Hic est pa
nis de celo descēdēs vt si q̄s
ex ipo mā̄ducauerit nō mo
riat̄. Ego sū panis viuus q̄
de celo descēdi. Si q̄s man
ducauerit ex hoc pāe: viuet
ineťnū. Et panis quē ego
dabo caro mea est: p̄ mūdi
vita. Offer. Erit vobis hic dies
memorialis allelupa ⁊ diē festū
celebrabitis solēnē dn̄o ī p̄geni
es vestras legitimū diem sempi
ternū allā allā allā. Secreta

Accipe q̄s dn̄e munus
oblatū ⁊ dignāt̄ opa
re: vt quod misteriis agim⁹
piis effectib⁹ celebrem⁹ Per
Prefatio. Qui ascēdēs. Cōicā
tes. Hāc igit̄. cō Pacē meā do vo
bis allā pacē relinquo vobis allā

Sumentes allā. P⁹cō
dn̄e sacramēta cele
stia q̄s clemētiā tuā. vt q̄d
tēporaliter gerim⁹. eternis
gaudiis ꝯsequamur. Per.
Feria quinta. Introitus

Repleat̄ os meū laude tua
allā vt possī cātare allā
gaudebūt labia mea dū cātaue
ro t̄ allā allā. P̄s. In te dn̄e speraui
nō cōfundar ineternū ī iusticia
a tua libera me ⁊ eripe me. Col.

Illo nos igne q̄s dn̄e
spūsscti grā̄ inflamet
quē dn̄s nr̄ iesus xp̄s misit
ī trā ⁊ voluit vehemēter ac
cēdi. Per eūd̄ d. e. Ad romāos

Frēs Sapiētia carnis ĩi
mica ē deo: legi enī dei
nō subicit̄ nec enim potest.
Qui aūt ī carne sunt: deo
placere nō possūt Vos aūt
in carne non estis: sed in
spiritu. Si tamen spiritus
dei habitat ī vobis. Si q̄s
autem spirititū christi non
habet: hic non est eius. Si
autem christus in vobis ē:
corpus quidem mortuum
est propter peccatum. spiri
tus autem viuit propter iu
stificationem. Quod si spi
ritus eius qui suscitauit ie
sum a mortuis habitat in
vobis: ipse viuificabit. Et
mortalia opera vestra: pro
pter inhabitantem spiritū
eius in vobis. ℟. Allelupa. ℣.

Sp̄s meus sup mel dulcis ⁊ he-
ditas mea sup mel ⁊ fauū. ℞ Al
leluya. ℣ Sctūs sp̄s discipline ef
fugiat fictū benign⁹ est eni spi-
ritus sapientie. psla. Ergo nos.

Secundum lucam.

In illo t̄pe. Cōuocatis
iesus duodeci apl̄is. dedit
illis virtutē ⁊ p̄tatē sup oīa
dēonia ⁊ vt lāguores cura-
rēt. Et misit illos p̄dicare
regnū dei ⁊ sanare ifirmos
Et ait ad illos Nichil tule-
ritis in via: neq̄ virgā ne-
q̄ perā neq̄ panē neq̄ pe-
cuniā. neq̄ duas tunicas
hēatis Et i quācūq̄ domū
itraueritis ibi manete: ⁊ in-
de ne exeatis Et q̄cūq̄ non
receperit vos: exeūtes de ci
uitate illa. etiā puluerē pe-
dū vr̄oꝝ excutite i testimo-
niū supra illos Egressi aūt
circuibāt p castella euāgeli
zātes: ⁊ curātes vbiq̄. Off.
Lauda aīa mea dn̄m laudabo
dn̄m i vita mea psallā deo meo
q̄diu ero allā. Secreta.

Propici⁹ dn̄e q̄s hec do
na scifica: ⁊ hostie spiritalis
oblatōe suscepta nosmetip
sos tibi p̄fice mun⁹ eternum.
p d. p. e. cō. Sp̄us vbi vult spi
rat ⁊ vocem eius audis allā ⁊ ne
scis vnde veniat aut quo vadat
allā alleluya. Postcommunio.

Sacramentis celestibꝫ
domine operāte sp̄u
scto vicia nostra purgētur
vt muneribꝫ tuis possim⁹
semper aptari. Per d. eiusd

Feria vi^a. Introit⁹. Repleat̄ os
meum laude Collecta

Da q̄s eccl̄ie tue miseri
cors de⁹ vt sp̄usctō ꝯgrega-
ta hostili nullaten⁹ icursio-
ne turbetur. Per d. In vnit
eiusdē. Ad corinthios.

Frēs. Fides vr̄a nō sit
i sapiētia hoīm: sꝫ i virtute
dei. Sapiētiā aūt loq̄mur
int̄ pfectos. Sapiētiā vero
non hui⁹ seculi: neq̄ prin-
cipū huius seculi qui de-
struuntur. Sed loquimur
dei sapientiam in misterio
que abscondita est. quam
predestinauit deus aū scl'a
in gl'iam nostrā quā nemo
principum hui⁹ scl'i cogno-
uit. Si enim cognouissent
nūq̄ dn̄m gl'ie crucifixissēt
Sed sicut scriptum est q̄
oculus non vidit nec au-

ris audiuit. nec i cor hoīs a
scēdit: q̄ p̄parauit de⁹ his q̄
diligūt eū. Nobis aūt reue
lauit de⁹ p spm suū. Spūs
oīa scrutat̄: etiā pfūda dei
Quis enī scit hoīm q̄ sunt
hoīs nisi spūs hoīs q̄ i ipso
ē? Ita ꝛ que dei sunt nemo
cognouit: nisi spus dei. ℟.
Allelupa. ℣. O q̄ bonus ꝛ suauis
ē dn̄e spiritus tuus in nobis. ℟
Allelupa. ℣. Spiritus intelligē
tie sctūs vnic⁹ multiplex subtilis
oēm habens ṽtutē. psa. Ergo
nos   Secundum matheum

In illo tp̄e. Dixit iesus
t̄bis. Si ego i spu dei
eicio demonia: igit̄ puēit in
vos regnū dei Aut quo° po
test q̄s q̄ itrare i domū for-
tis ꝛ vasa ei⁹ diripē nisi pri⁹
alligauerit fortē: ꝛ tunc do-
mū illi⁹ diripiat? Qui nō ē
mecū: aduersū me ē. Et q̄
nō ɔgregat mecū: spargit.
Ideo dico vobis oē pctm̄ et
blaphemia remittet̄ hoībꝫ
spus aūt blaphemie nō re
mittet̄. Et q̄cūqꝫ dixerit ver
bū ɔtra filiū hoīs: remittet̄
ei. Qui aūt dixerit cōt̄ spm
scm̄: nō remittet̄ ei neqꝫ i hꝫ
seculo neqꝫ i futuro. Aut fa
cite arborē bonā ꝛ fructum
eius bonū: aut facite arbo-
rē malā et fructū ei⁹ malū.
Siq̄dē ex fructu arbor cog
noscit̄. Progenies viperaꝝ:
quomodo potestis bona lo
qui cū sitis mali? Ex abun
dantia enī cordis: os loqui
tur. Bonus hō de bono the
sauro pfert bona. Et mal⁹
homo de malo thesauro p-
fert mala. Dico aūt vobis:
q̄m oē verbū ociosū q̄d lo-
cuti fuerit hoīes: reddēt ra
tionē de eo i die iudicii. Ex
verbis enī tuis iustificabe
ris: ꝛ ex verbis tuis ɔdēna-
beris. Credo dr. Offr. In die
solēnitat.   Secreta.

Sacrificia domine tu-
is oblata conspectibus ig
nis ille diuinus assumat q̄
discipulorum christi tui p
spiritumsctm̄ corda succen
dit. Per eundē. cōm. Nō vos
relinquam orphanos veniā ad
vos iterum allelupa ꝛ gaudebit
cor vestrū allā allā.   Postcōm

Sumpsimus domine
sacri dōa misterii hu
militer deprecantes vt que

in tui cõmemoratione nos
facẽ p̄cepisti largiente spu-
scõ i nr̃e pficiãt ifirmitatis
auxiliũ. Per. Sabbõ. Introit
Karitas dei diffusa ẽ i cor-
dibus vestris allã. p iha
bitãtẽ spm ei⁹ i vobis allã allã.
ps. Domine de⁹ salutis mee in
die clamaui et nocte corã te. Ad
q̃nqȝ p̄rias coll̄ nõ dr̄ dñs vobisc̄
Mẽtibȝ nr̃is que- Coll̄
sum⁹ dñe spm scm̄ be
nigu⁹ ifũde cui⁹ ⁊ sapientia
cõditi sum⁹. ⁊ puidentia gu
bernamur. p. Deutronomii:
Hec dicit dñs de⁹. Effũ
dã de spiritu meo su
per oẽm carnẽ et pphãbũt
filii vestri ⁊ filie vr̃e Senes
vestri sõnia sõniabũt: et iu
uenes vr̃i visiões videbũt
Sȝ ⁊ sup seruos meos ⁊ an
cillas meas in dieb⁹ illis ef
fũdã spm meũ. ⁊ pphãbũt
⁊ dabo pdigia i celo ⁊ i t̃ra
sãguinẽ ⁊ ignẽ ⁊ vaporẽ fu
mi. Sol cõuertet̃ i tenebras
⁊ luna i sãguinẽ ãteq̃ veni
at dies dñi magnus ⁊ hor-
ribilis. Et omnis q̃cunqȝ
iuocauerit nomẽ dñi: salu⁹
erit. R. Allã. V. Misit deus spm
filii sui i corda nr̃a clamãtem
Abba pater. Collecta.
Annue misericors de⁹:
vt q̃ diuina p̄cepta violan
do a paradisi felicitate de-
scedim⁹ ad et̃ne btitudinis
duce spu scõ redeam⁹ acces-
sũ: p tuoꝝ custodiã mãda
toꝝ. p d. in v. e. Deutronomii
In dieb⁹ illis Dixit mo-
yses ad filios israel.
Septẽ ebdomadas nume
rabis t̃ ab ea die qua falcẽ
in segetẽ miseris. ⁊ celebra
bis diẽ festũ ebdomadarũ
dño deo tuo Oblatõnẽ spõ
taneã man⁹ tue quã offẽs
iuxta benedictõem dñi dei
tui. ⁊ epulaberis corã dño
deo tuo tu ⁊ filius tu⁹ ⁊ filia
tua. et seruus tu⁹ et ancilla
tua. ⁊ leuithes qui est intra
portas tuas et aduena. et
pupillus et vidua qui mo
rãtur vobiscũ in locũ quẽ
elegerit dñs deus tuus ut
ihabitet nomẽ ei⁹ ibi Et re-
cordaberis qm̄ seru⁹ fueris
in egypto custodiesqȝ ac
facies que precepta sunt.
Solennitatem quoqȝ ta-
bernaculorum celebrabis

per septē dies: quādo colle-
geris de area ⁊ torcłari fru-
ges tuas: et epulaberis ī fe
stiuitate tua et tu filius tu⁹
et filia. et seruus tuus ⁊ an
cilla leuithes quoqꝫ ⁊ adue
ne. pupillus ac vidua qui ī
tra portas tuas sūt. Septē
diebꝫ dn̄o deo tuo festa cele
brabis: ī loco quē elegerit
dn̄s. Bn̄dicetqꝫ t dn̄s deus
tu⁹ ī cūctis frugibꝫ tuis et ī
oī opere manuū tuarꝫ. eris-
qꝫ in leticia. Dicit dn̄s ops
℟ Allā. ℣. Dominus spūs ē vbi
aūt spūs dn̄i ibi libertas. Coll.

Deus qui ad aīarū me
delam ieiunii deuoti
one castigari corpora prece
pisti: ꝯcede nobis ꝓpici⁹: et
mente et corpore sēper tibi
eē deuotos. Per d. Ju vnit.

In die- ¶ Deutronomii.
bus illis. Dixit moy-
ses. Audi israel: q̄ ego preci
pio tibi hodie. Cū itraueris
trā quā dn̄s de⁹ tu⁹ tibi da
turus ē passidēdā ⁊ obtinu
eris eā. atqꝫ hītaueris ī illa
tolles de cūctis frugib⁹ tu-
is primicias: ⁊ pones ī car-
tello ꝓgesqꝫ ad locū: quem
dn̄s de⁹ tu⁹ elegerit vt tibi ī
uocetur nomē ei⁹. Accedes-
qꝫ ad sacerdotē qui fuerit
in diebꝫ illis: ⁊ dices ad eū.
Profiteor hodie corā domi
no deo tuo q̄ exaudiuit nos
⁊ respexit humilitatem no-
strā et laborem. atqꝫ angu
stiam: ⁊ eduxit nos de egyp
to in manu forti et brachio
extēto. in ingēti pauore ī si
gnis atqꝫ portētis. ⁊ intro-
duxit ad locū istum ⁊ tradi
dit nobis terrā lacte et mel
le manātē. Et iccirco nunc
offero primicias frugū t̄re
quā dn̄s deus dedit michi
Et dimittes eas ī cōspectu
dn̄i dei tui: adorato domio
deo tuo. et epulaberis in oī
bus bonis que dn̄s de⁹ tu⁹
dederit tibi. ℟. Allā. ℣ Emit
te spm̄ tuū ⁊ creabuntur ⁊ reno
uabis faciē terre. Collecta

Presta q̄s ops deus. vt
salutarib⁹ ieiuniis e-
runditi. ab oīb⁹ viciis etiā
abstinētes ꝓpiciatōnē tuā
facilius ipetrem⁹. Per do.

Lectio libri leuitici.
In dieb⁹ illis. Dixit do
minus ad moysē. Si ī pre-

ceptis meis ābulaueritis ⁊ mādata mea custodieritis et feceritis ea: dabo vobis pluuias tpībꝫ suis. Et tra ginet germē suū: et pomis ar bores replebūtur. Appre hendet messiū tritura vin- demiā: ⁊ vidēmia occupa- bit semētē. Et comedetis panē vrm̄ i saturitate: ⁊ abs qꝫ pauore habitabitis ī ter ra vrā. Dabo pacē i finib⁹ vrīs: dormietis et nō erit q̄ exterreat. Auferā malas be stias ⁊ gladius nō trāsibit terminos vrōs. Persequī mi ni inimicos vrōs. et corru- ent corā vobis. Persequēt quiqꝫ de vrīs cētū alienos et cētū ex vobis decēmilia. Cadent inimici vestri ī cō- spectu vrō gladio. Respici ciam vos et crescere faciā: multiplicabimini ⁊ firma bo pactū meū vobiscū. Et comedetis vetustissima ve terū: et vetera nouis super uēiētib⁹ piicietis. Ponā ta- bernaclm meū i medio vrī et nō abiciet vos vltra aīa mea. Et ābulabo int̄ vos: et ero vester de⁹. vosqꝫ eri- tis populus me⁹. Dixit do- minus: oṗs. ℟. Allā. ℣. Loque bant̄ variis liguis apl̄i magna

Presta q̄s [illegible] lia dei Colla oṗs de⁹ sic nos ab e- pulis carnalib⁹ abstinē: vt a uiciis irruentibꝫ parit ie iunem⁹. Per d̄. L. dāiel̄ pphē

In dieb⁹ illis. Angel⁹ dn̄i descendit cū aza ria. vt s^{us}. ℟. Allā. ℣. B̄ndictus es dn̄e. Colla. De⁹ q̄ tb⁹ puer̄

Lectio actuū apostoloꝝ.

In dieb⁹ illis. Cōueīt vniuersa citas audire uer- bum dei. Videntes aūt tur bas iudei repleti sūt zelo et ꝯtradicebāt his q̄ a paulo dicebāt̄ blaphemātes Tūc ꝯstāt̄ paul⁹ ⁊ barnabas di- xerūt. Vobis oportebat pri mū loq̄ uerbū dei: sed q̄m repulistis illud et īdignos uos iudicastis uite eterne. ecce cōuertimur ad gentes Sic enim precepit nobis dn̄s Posui te i lucem gētiū ut sis i salutem usqꝫ ad ex- tremum t̄re. Audientes au tem gentes gauisi sunt: et glorificabāt uerbū dn̄i Et crediderūt quotquot erāt

[illegible marginal note]

preordinati: ad vitã eternã
Disseminabat autẽ verbũ
dñi per vniuersã regionẽ.
Judei aũt ↄcitauerũt religi-
osas mulieres et honestas
⁊ primos ciuitatis: ⁊ excita
uerunt ꝑsecutionẽ ĩ paulũ
et barnabã. et eiecerũt eos
a finibus suis. At illi excus
so puluere pedũ ĩ eos: vene
rũt yconiũ. Discipuli autẽ
replebantur gaudio: ⁊ spũ-
sancto. ℞. Alleluya. ℣. Lauda
te dñm oẽs gẽtes et collaudate
eum omnes populi. ps̃a. Ergo
nos supplicantes. Scḋm lucã.

In illo tẽpore Surgẽs
iesus de synagoga: ĩ-
troiuit in domũ symonis.
Socrus aũt symonis tene
batur magnis febrib⁹. ⁊ ro
gauerũt illũ ꝑ ea Et stans
super illam impauit febri:
⁊ statim dimisit illã. Et cõ-
tinuo surgẽs ministrabat
illis. Cũ sol autẽ occidisset:
oẽs q̃ hẽbãt ĩfirmos variis
lãguorib⁹. ducebant illos
ad iesũ. At ille singlis ma-
nus ĩponens curabat eos.
Exibãt aũt demonia a mł
tis clamãtia et dicentia: qꝛ
tu es filius dei. Et icrepãs
non sinebat ea loqui qꝛ sci
ebant ipm esse xp̃m: Facta
autẽ die: egressus ies⁹ ibat
ĩ desertũ locũ. et turbe req̃-
rebant eũ Et venerũt vsqꝫ
ad ipm: ⁊ detinebant eũ ne
discedẽt ab eis. Quib⁹ ille
ait. Quia et aliis ciuitati-
bus oportet me euãgeliza
re regnũ dei: q̃a ideo miss⁹
sũ Et erat p̃dicans: ĩ syna
gogis galylee. Credo. Off.
Confirma hoc Secreta

Ut accepta tibi sint do
mine nostra ieiunia.
presta q̃s nobis huius mu
nere sacramẽti purificatũ
tibi pectus offerre. Per. Cõ
Ultimo festiuitatis Postcõm.

Prebeant nobis domi
ne diuinum tua sctã
feruorẽ quo eoꝝ pariter et
actu delectemur et fructu.
Per. In die scẽ ĩnitatis Introit

Benedicta sit sãcta
trinitas atqꝫ indi
uisa vnitas confi
tebimur ei qꝛ fecit
nobiscũ miam suam. ps. Bñdi-
camus patrẽ ⁊ filiũ cũ sctõ spu.
Gloria patri Collecta

Omnipotens sempiterne deꝰ qui dedisti famulis tuis in confessiõe vere fidei eterne trinitatis gl'am agnoscere: ꝛ in potẽtia maiestatis adorare vnitatem q̃s: vt eiusdẽ fidei firmitate ab omibꝰ semper muniamur aduersis. Per dñm.

Lectio libri apocalipsis.

In diebus illis. Vidi ostium apertũ i celo et vox prima quam audiui tanq̃ tube loquentis mecũ dicẽs Ascende huc: et ostẽdã tibi q̃ oportet fieri post hec Statim fui in spiritu: et ecce sedes posita erat in celo. ꝛ supra sedẽ sedẽs. et q̃ sedebat silis erat aspectui lapidis iaspidis et sardini. Et yris erat in circuitu sedis: similis visioni smaragdini Et in circuitu sedis sedilia vigintiquatuor. Et sup thronos vigitiquatuor sẽiores sedentes . circũamicti vestimẽtis albis: ꝛ in capitibus eoꝝ corõe auree. Et de throno procedunt fulgura ꝛ voces et tonitrua . Et septem lãpades ardentes añ thronũ que sunt septem spũs. Dei. Et in cõspectu sedis tã q̃ mare vitreum simile cristalo. Et ĩ medio sedis. ꝛ in circuitu sedis quatuor aĩalia plena oculis ãte ꝛ retro. Et aĩal primũ: simile leoni Et scdm aĩal: simile vitulo Et terciũ aĩal: hñs faciẽ q̃si hoĩs. Et quartũ aĩal simile aquile volãti. Et quatuor aĩalia sigl'a eoꝝ hẽbant alas senas: ꝛ in circuitu ꝛ ĩtus plena sũt oculis. Et requiem nõ habebant die ac nocte dicentia . Sanctus. sctũs. sctũs dñs deꝰ ops: q̃ est. ꝛ q̃ erat. ꝛ q̃ vẽturꝰ ẽ. Et cũ darent illa quatuor aĩalia gl'am et honorem ꝛ bñdictioẽm sedẽti super thronũ viuenti ĩ secula scl'oꝝ: pcedebãt vigitiquatuor seniores. añ sedẽtẽ in throno Et adorabãt viuentem: in secula seculoꝝ amen. ℟. Benedictus es dñe q̃ intueris abyssos ꝛ sedes sup cherubin. ℣. Bñdicite deum celi q꞉ fecit nobiscũ mĩam suam. Alleluya. ℣. Benedictus es dñe deꝰ patrũ nr̃oꝝ et laudabil' ĩ scl'a. psa. Bñdctã sit.

Secundum iohannem.

In illo tempore. Erat
hō ex phariseis nichodem⁹
noīe princeps iudeoꝝ. hic
venit ad iesū nocte et dixit
ei. Rabbi: scimus q̄a a deo
venisti magister Nemo enī
potest hec signa facere q̄ tu
facis: nisi fuerit de⁹ cū eo.
Respondit iesus: ⁊ dixit ei.
Amen amen dico tibi: nisi
quis natus fuerit denuo:
nō potest videre regnū dei
Dixit ad eum nichodem⁹.
Quomodo potest hō nasci
cū sit senex? Nūq̄d potest in
vētrē mris sue iterato itro
ire. ⁊ renasci? Respōdit ies⁹
Amē amē dico tibi nisi q̄s
renat⁹ fuerit ex aqua ⁊ spū
sctō: non potest itroire i re-
gnū dei. Quod natū est ex
carne caro ē. Et q̄d natū est
ex spu: spus est. Nō mireris
quia dixi tibi: oportet vos
nasci denuo. Sp̄s vbi vult
spirat. et vocē eius audis:
sꝫ nescis vnde ueniat aut
quo uadat. Sic est oīs q̄
natus est ex spū. Respōdit
nichodem⁹ et dixit ei. Quo
modo possūt hec fieri? Res-
pondit iesus et dixit ei Tu
es magister i isrl̄ ⁊ hec igno
ras? Amē amē dico tibi. qꝛ
quod scimus loquimur et
quod vidim⁹ testamur: et
testimōiū nr̄m nō accipitis
Si eterna dixi uobis et nō
creditis. quo° si dixero uo-
bis celestia credetis Et nēo
ascēdit i celū nisi qui de ce-
lo descēdit: filius hominis
qui est in celo Et sicut moy
ses exaltauit serpentem in
deserto: ita exaltari oportet
filiū hoīs. Vt omnis qui
credit in ip̄m nō pereat sꝫ
hēat uitam et̄nā. Offꝛ. Be
nedictus sit deus pater vnigeni
tusqꝫ dei filius sanct⁹ quoqꝫ spi
ritus qꝛ fecit nobiscū miam suā

Sāctifica q̄s do Sec.
mine deus noster p
vnigenitū tuum hui⁹ obla
tiōis hostiam et cooperan
te sāctospiritu tuo nosmet
ip̄os tibi perfice mun⁹ eter
num. Per. p̄fatio. Qui cū vni
genito filio tuo ⁊ spiritusc̄ō vn⁹
es deus. Cōm Benedicim⁹ deū
celi et coram omnibus viuētibꝫ
confitebimur ei quia fecit nobis
cū miam suam. Postcōmunio.

Proficiat nobis ad sa-
lutem corporis et ani
me domine deus huius sa
cramenti susceptio. et sem-
piterna sancte trinitatis ei9
demqz indiuidue vnitatis
cōfessio. Per. De scō sacramē
to altaris ad missā Introitus

Ego sū panis viuus
q̄ de celo descēdi si
quis manducaue-
rit ex hoc pane vi
uet in eternū et panis quem ego
dabo caro mea est pro mūdi vi-
ta. ps. Panis enī verus ē qui de
celo descēdit et dat vitā mundo.

Gloria patri. Collecta.
Deus q̄ nos sub sacra-
mento mirabili passionis
tue memoriā reliquisti: tri-
bue q̄s: ita nos corporis et
sanguinis tui sacra miste-
ria venerari. vt redemptio
nis tue fructū i nobis iugi
ter sentiamus. Qui vi. et re

Ad corinthios.
Fres. Ego enī accepi a
dño. qd̄ et tradidi vobis Qm
niā dñs noster iesus christ9
i qua nocte tradebatur ac-
cepit panem et grās agēs
fregit et dixit Accipite et mā
ducate hoc est corpus meū
qd̄ pro vobis tradet. Hoc faci
te i meam cōmemoratōnē
Similit̄ et calicē: postq̄ ce-
nauit dicēs. Hic calix nouū
testamētū est i meo sāguie
hoc facite quotienscūqz su
metis i meā cōmemoratio
nem. Quotienscunqz enī
manducaueritis panē hūc
et calicem biberitis mortē
dñi ānūciabitis donec ue-
niat. Itaqz quicūqz mādu
cauerit panem hūc. uel bi-
berit calicem dñi indigne:
reus erit corporis et sangui
nis dñi Probet autem seip
sū hō et sic de pane illo edat
et de calice bibat. Qui enī
manducat et bibit indigne
iudicium sibi manducat et
bit. nō diiudicās: corp9 dñi

R. Nisi mādūcaueritis carnem
filii hois et biberitis eius sangui
nē no hēbitis vitā in vobis. V.
Qui manducat meā carnē et bi
bit meū sāguinē hēt vitā eternam
Allā. V. Caro mea vere ē cibus
et sāguis me9 vere ē potus q̄ mā
ducat meā carnē et bibit meum
sāguinē i me manet et ego in eo.
psa. Lauda syon. S. iohannem

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis Ego sū panis vite. patres vr̄i mā ducauerūt māna ī deserto ⁊ mortui sūt hic ē panis de celo descēdēs: vt si q̄s ex ip- so manducauerit. non mo riatur. Ego sū panis viu⁹. qui de celo descēdi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet ieťnū. Et panis quē ego dabo caro mea ē: p mū di vita. Litigabant ergo iu dei: adinuicē dicētes. Quo modo hic potest nobis car- nem suā dare ad māducā dum? Dixit ergo eis iesus. Amen amē dico vobis: ni- si māducaueritis carnē fi- lii hoīs ⁊ biberitis ei⁹ sāgui nē. nō hēbitis vitā ī vobis Qui māducat meā carnē ⁊ bibit meum sanguinem: hēt vitā eternā. ⁊ ego resu- scitabo eū ī nouissimo die. Caro enī mea vere est cibꝫ. et sanguis meus vere ē po tus. Qui manducat carnē meā et bibit meū sāguinē: ī me manet ⁊ ego ī illo. Si- cut misit me viuens pater: ⁊ ego viuo ppť patrē. Et q̄ māducat me: ⁊ ip̄e viuet p pter me. Hic ē panis q̄ de ce lo descēdit. Non sicut man ducauerūt p̄rēs vr̄i māna ī deserto: ⁊ mortui sūt. Qui māducat hūc panē: viuet ī eternū. Offer. Sicut viuēs mi sit me pater ⁊ ego viuo propť pa trē ⁊ q̄ manducat me ⁊ ip̄e viuet ppter me allā allā. Secreta

Ecclesie tue q̄s dn̄e vni tatis ⁊ pacis ppicius dona cōcede: que sub obla- tis muneribꝫ mistice desi- gnātur. Per d̄. Prefatio. Or per incarnati. Cō. Quotienscū qꝫ māducabitis panē hūc ⁊ cali cē bibetis mortē dn̄i ānunciabi tis donec veīat itaqꝫ q̄cūqꝫ mā ducauerit panē vel biberit cali- cē dn̄i īdigne reus erit corporis et sāguinis dn̄i allā. Postcōm.

Fac nos q̄s dn̄e diuini tatis tue sēpiťna fru itione repleri: quā preciosi corporis ⁊ sāguinis tui tē- poralis pceptio prefigurat Qui vi. Do. i. p⁹ tnit. Introit

Domine ī tua mīa sperauī ex ultauit cor meū ī saluta ri tuo cātabo dn̄o q̄ bona tribuit michi. ps. Vsqꝫquo dn̄e obliuisce

ris me i finē vsqȝquo auertis faciē tuā a me. Gl̃ia patri. Collā

Deus i te sperātiū fortitudo adesto ꝓpicius inuocatōibus nostris: ꝛ q2 sine te nichil potest mortalis infirmitas p2ā auxiliū gratie tue: vt i exequendis mādatis tuis et voluntate tibi ꝛ actōe placeam⁹. Per d̃.

Lectō epistole btī iohīs apostoli.

Karissimi. De⁹ caritas ē. Et q̃ māet i caritate i deo manet: ꝛ de⁹ i eo. In hoc pfecta ē caritas nobiscum. vt fiduciā habeamus i diē iudicii: quia sicut ille ē ꝛ nos sum⁹ i hoc mūdo. Timor nō ē i caritate: sed pfecta caritas foras mittit timorē. Qm̄ timor penā hēt Qui aūt timet: nō ē pfect⁹ i caritate. Nos ergo diligamus deū: qm̄ de⁹ prior dilexit nos. Si qs dixerit quoniā diligo deū. et frēm suū oderit mendax est Qui eni nō diligit frēm suū quem videt: deū quem non videt quomodo potest diligē? Et hoc mādatū a deo habem⁹ Vt q̃ diligit deū: diligat et fratrem suū. R. Ego dixi dñe miserē mei sana animā meā qa peccaui tibi. V. Btūs q̃ itelligit super egenū et pauperē i die mala liberauit eū dūs Alleluya. V. Deus iudex iustus fortis et paties nūqd irascet̃ p singulos dies

Secundum lucam.

In illo tpe. Dixit iesus discipl'is suis parabolam hāc. homo qdā erat diues: ꝛ iduebat̃ purpura et bysso et epulabat̃ quotidie splendide. Et erat quidā mendicus noīe lazarus: qui iacebat ad ianuā eius vlcerib⁹ plen⁹: cupiens saturari de micis que cadebāt de mensa diuitis. et nemo illi dabat Sed ꝛ canes veniebāt: ꝛ lingebāt vlcera ei⁹. Factum est autem vt moreret̃ mendicus: ꝛ portaretur ab angelis i sinu abrahe. Mortuus est autem et diues: et sepultus est in ifernū. Eleuās autem oculos suos cū esset in tormentis: vidit abraham alonge ꝛ lazarum i sinu eius. Et ipse clamās dixit. pater abraham miserere mei. et mitte lazarum

vt intingat extremū digiti
sui in aquā: vt refrigeret li
guam meā quia crucior in
hac flama. Et dixit illi abra
ham. fili recordare quia re
cepisti bona in vita tua: et
lazarus similiter mala.
Nunc autē hic consolatur:
tu vero cruciaris. Et in his
oībus inter nos ⁊ vos chaos
magnum firmatū ē: vt q
hic volūt hic trāsire ad vos
nō possit: neqꝫ huc inde trāſ
meare. Et ait. Rogo ergo te
pater: vt mittas eū ī domū
patris mei. Habeo enī quin
qꝫ frēs. vt testetur illis ne ⁊
ipsi veniāt ī hūc locum tor
mentoꝝ. Et ait illi abrahā
Habēt moysem ⁊ prophās:
audiāt illos. At ille dixit. Nō
pat abrahā. Sꝫ si qs ex mor
tuis ierit ad eos penitētiā
agēt. Ait aūt illi. Si moysē
⁊ pphās nō audiūt. neqꝫ si
qs ex mortuis resurrexerit
credēt. Offer. Intēde voci orō
nis mee rex me⁹ ⁊ de⁹ me⁹ qm̄ ad
te orabo dn̄e. Secreta.

Hostias nrās t dn̄e di
catas placat⁹ assume: et ad
ppetuū nobis tribue pueni
re subsidiū. Per d. Co. Nar
rabo oīa mirabilia tua letabor
⁊ exultabo ī te psallā noī tuo al
tissime. Postcō.

Tantis dn̄e repleti muneribꝰ
p̄ſtā q̄s: vt ⁊ salutaria dona
capiam⁹. ⁊ a tua nunq̄ lau
de cessem⁹. Per dominum.

Feria iiii. Ad hebreos.

Frēs. Impossibile ē eni
eos q semel sūt illuminati
gustauerunt etiā donū ce
leste: ⁊ participes scī sūt spi
ritus scī. Gustauerūt nichi
lominus bonum verbum
dei: virtutesqꝫ scli venturi. ⁊
plapsi sunt rursus renoua
ri ad penitentiam: rursum
crucifigētes ī semetipsis fi
lium dei: et ostentui haben
tes. Terra enī sepe veniētē
sup se bibens ymbrem ⁊ ge
nerans herbam oportunā
illis a qb⁹ colit: accipit bn̄
dictionē a deo. Proferens
autē spinas ac tribulos re
pba ē: et maledictō prima
ꝯsummatio ī ꝯbustionem.
Cōfidimus autē de vobis
dilectissimi. meliora et vici
niora saluti. In xp̄o iesu: do
mino nrō. Secundū lucam

In illo tpe. Accesserūt ad iesū qdā saduceorū:q negabāt eē resurrectonē. Et itrogauerūt eū dicētes. Magr̄ moyses scripsit nobis si fr̄ alicui⁹ mortu⁹ fuerit hn̄s vxorē: ⁊ sine liberis fuerit: vt accipiat eā frat̄ ei⁹ vxorē ⁊ suscitet semē fr̄i suo. Septē ergo frēs erāt ⁊ prim⁹ accipiēs vxorē. mortu⁹ ē sine liberis Et scd̄s accepit illā: ⁊ mortu⁹ ē sn̄ filio Et t̄ci⁹ accepit illā: similit̄ ⁊ oēs septē. Et nō reliquerūt semē: ⁊ mortui sūt. Nouissima aūt oīm: mortua ē mulier. In resurrectiōe g⁹ cui⁹ erit vxor? Siqdē septē. habuerūt eā vxorē Et ait illis ies⁹. filii seculi hui⁹ nubunt neqȝ ducūt vxores. neqȝ ei vltra mori poterūt. Equales eni sūt āgelis sēp: ⁊ filii dei cū sit filii resurrectiōis Qr vero resurgāt mortui. Et moyses ostēdit secus rubū dn̄m deū abrahā. ⁊ deū ysaac. ⁊ deū iacob. De⁹ aūt nō ē mortuor: sȝ viuentiū. Om̄s ei viuūt ei. Respōdētes aūt qdā scribar: dixerūt Magister. bn̄dixisti. Et amplius nō audebāt eū: qcq̄ iterrogare. Fe^{a} vi Ad corinthios

Fratres. Nos aūt non spm̄ hui⁹ mundi accepim⁹ sȝ spm̄ q̄ ex deo ē: vt sciam⁹ q̄ a deo dōata sūt nobis. q̄ ⁊ loqmur nō idoctis humane sapientie verbis. sȝ i doctrīa spūalib⁹ spūalia cpparātes aīalis aūt hō. nō pcipit ea q̄ dei sūt. Stulticia est eni illi. ⁊ nō potest intelligē: q2 spūaliter examiatur. Spiritualis aūt. iudicat oīa. Et ip̄e a nemine iudicat̄. sicut scriptū ē. Quis eni cognouit sensū dn̄i aut quis instruxit eū? Nos aūt sensū dn̄i xp̄i habemus: et spiritus habitat in nobis.

Secundum matheum.

In illo tempore. Cum audisset iesus q̄ iohannes traditus esset: secessit in galyleam. Et relicta ciuitate nazareth: venit et habitauit in ciuitatem capharnaum maritimam in finibus zabulō ⁊ neptalim Vt adimpleretur quod dictū est: per isayam prophetam

Terra zabulō et tra neptali via maris. trāsiordanē galylee ppl's gētiū q ābl'abat i tenebris vidit lucē magnā Et sedētib' i regiōe vmbre mortis: lux orta ē eis. Exinde cepit ies' pdicare et dicē. Penitentiam agite: appropinquauit eni regnū celoꝝ

Dñica ii. post trinitatē. Introit'

Factꝰ ē dñs ptector meus et eduxit me in latitudine saluū me fecit qm̄ voluit me. ps. Diligā te dñe fortitudo mea dominus firmamētū meū et refugiū meū et liberator meꝰ. Glā p

Sctī nomīs tui Colla. Dñe timorē piter et amorē fac nos hēre ppetuū qr nūq̄ tua gubernatōe destituis quos i solidītate tue dilectionis instituis. Per

Lctō ep'le btī iohannis apostoli

Karissimi. Nolite mirari: si odit vos mūdus Nos scimus qm̄ trāslati sumus de morte ad vitā: qm̄ diligimꝰ frēs. Qui nō diligit: manet i morte Oīs qui odit fratrē suū: homicida ē Et scitis qm̄ oīs homicida: nō hēt vitā etnā i semetipso manētē. I hꝰ cognouimꝰ caritatē dei: qm̄ ille p nobis aiam suā posuit. et nos debemꝰ p fribz nrīs aias ponere. Qui habuerit substāciā mūdi huiꝰ: et viderit fratrē suū necessitatem hēre et clauserit viscera sua ab eo: quomodo caritas dei manet in eo? Filioli mei. nō diligamꝰ uerbo neqz ligua: sz opere et veritate. R. Ad dñm dū tribularer clamaui et exaudiuit me. V. Dñe libera animam meā a labiis iniqs et a lingua dolosa. Allā. V. Diligā te dñe virtus mea dñs firmamētū meū et refugiū meū. S. lucam.

In illo tp̄e. Dixit iesus cuidā pricipi phariseoꝝ similitudinē hāc. Hō qdā fecit cenā magnā: et vocauit mltos. Et misit seruū suū hora cene dicē inuitatis vt veīrēt qr iā parata sūt oīa. Et ceperunt simul: omnes excusare. Primus dixit illi. Villā emi: et necesse habeo exire et videre eā. Rogo te: habe me excusatū Et alī dixit. Iuga boū emi quiqz. et eo pbare illa. Rogo te: habe

me excusatū. Et alius dixit Vxorē duxi: ꝛ ideo nō possū venire. Et reuersꝰ seruꝰ: nūciauit hec dn̄o suo. Tūc iratꝰ pr̄familias: dixit seruo suo Exi cito ī plateas ꝛ uicos ciuitatis. ꝛ pauperes ꝛ debiles cecos ꝛ claudos ītroduc huc Et ait seruꝰ Dn̄e fctm̄ ē ut īperasti. ꝛ adhuc locus ē Et ait dn̄s seruo Exi ī vias ꝛ sepes ꝯpelleītrare: vt impleat̄ domꝰ mea. Dico aūt vobis. ꝙ nemo uiroꝝ illoꝝ q̄ uocati sūt: gustabit cenā meā. Offr̄. Dn̄e cōuertere et eripe aīam meā saluū me fac ꝓpter miam tuā. Secreta

Oblatio nos dn̄e tuo nomini dicanda purificet: et de die ī diem ad celestis uite trāsferet actionē. Cōm Cantabo domino qui bona tribuit michi ꝛ psallā noī dn̄i altissimi. Postcō

Sumptis munerib' q̄s domine ut cū frequētatione misterii: crescat nr̄e salutis effectus. Per. Fe iiii. Ad romanos

Frēs. Nō regnet pctm̄ in uestro mortali corpore: ut obediatis ꝯcupiscētiis eiꝰ. Sꝫ neqꝫ exhibeatis mēbra urā arma iniq̄tatis pctō: sꝫ exhibete uos deo tāquam ex mortuis uiuentes: et membra uestra arma iusticie deo. Peccatum enim. uobis non dominabitur. Non enim sub lege estis. sed sub gratia. Quid ergo? Peccabimus quoniam non sumus sub lege sꝫ sub gratia? Absit. An nescitis qm̄ cui exhibetis uos seruos ad obediendum serui estis eius cui obedistis siue peccati ad mortem siue obeditionis ad iusticiam? Gratias autem deo qđ fuistis serui peccati: obeditis aūt ex corde ī eā formā doctrine ī q̄ traditi estis Liberati aūt a pctō. serui fcti estis iusticie. Per iesū xp̄m dn̄m

In illo tp̄e. Dixit iesꝰ discipulis suis ꝛ t̄bis iudeoꝝ Ve vobis ditibꝰ q̄ hētis hic ꝯsolatōnē vr̄ām Ve vobis q̄ saturati estis: qꝛ esurietis. Ve vobis q̄ ridetis nūc qꝛ lugebitis et flebitis. Ve vobis cū ōs hoīes bn̄dixerit scđꝫ hec

faciebãt ꝓphetis patres
coꝝ. Sꝫ dico vobis q̄ audi
tis. Diligite inimicos vrõs
bñfacite his q̄ oderũt vos.
Bñdicite maledicẽtibꝫ vos
⁊ orate ꝑ calũniãtibꝫ vos.
Et q̄ te ꝑcusserit ĩ maxillã:
ꝑbe ei et alterã. Et ab eo q̄
aufert ĩ vestimẽtũ tuũ: eti-
am tunicã noli ꝓhibẽ. Omĩ
autẽ petenti te tribue. Et q̄
aufert q̄ tua sũt: ne repetas
Et ꝓut vultis vt faciãt vo
bis hoĩes et vos facite illis
similr̃. Et si diligitis eos q̄
vos diligũt q̄ vobis ẽ gra-
tia: nam pctõres diligẽtes
se diligũt. Et si bñfeceritis
his qui vobis bñfaciunt. q̄
vobis ẽ grã Si q̄dẽ: ⁊ pctõ
res hꝰ faciũt. ⁊ si mutuũ de
deritis his a q̄bꝫ ſꝑatis re
cipẽ. q̄ grã ẽ vobis Nã ⁊ pcõ
res pctõribꝰ fenerãr̃. vt reci
piãt equalia Verũtamẽ di
ligite ĩimicos vrõs Et bñ-
facite ⁊ mutuũ date nichil
inde sperãtes: ⁊ erit merces
vrã m̃lta. Et eritis filii al-
tissimi: q̄r ipe benignꝰ ẽ sup
igratos: et malos. Feria viª
Ad corinthios

Frẽs Non cessamꝰ gra-
tias agentes deo pro
vobis memoriã uestri faci
entes ĩ oĩbus vestris: vt de-
us paẗ dñi nri iesu xp̄i paẗ
glorie det vobis spiritũ sa-
piẽtie ⁊ reuelatiõis ĩ agni-
tionem eiꝰ illumĩatos ocu
los cordis vestri: vt sciatis
que sit spes vocatõis eius.
et q̄ diuitie glĩe hereditatis
eius ĩ sctis ⁊ q̄ sit superemi
nens magnitudo virtutis
eiꝰ ĩ nos q̄ credimꝰ scd̃m o-
peratiõnẽ potẽtie virtutis
eiꝰ quã opatꝰ est ĩ xp̄o susci-
tãs illũ a mortuis ⁊ ꝯstitu-
ẽs eũ ad dexterã suã ĩ cele-
stibꝫ supᵉʳ oẽm ꝓcipatũ et
ptãtẽ ⁊ virtutẽ ⁊ dñatõnẽ. ⁊
omne nomen quod nomi-
natur non solum in hoc se
culo: sed etiam in futuro
Secundum marcum
In illo tp̄e. Cũ ingres-
sus esset iesus ĩ via ꝓcurrẽs
quidam genu flexo añ eũ.
rogabat eum dicẽs. Magi-
ster bone. quid faciam vt
vitam eternam percipiã?
Jesus autem dixit ei Quid
me dicis bonũ? Nemo bonꝰ

nisi solus deus. Precepta nosti? Ille aũt dixit. Que? Non occides / nõ adulterabis / nõ furaberis / nõ falsũ testimoniũ dices / nõ fraudabis. Honora patrẽ tuũ: & matrẽ tuam. At ille respondens: ait. Magister: hec oĩa custodiui a iuuentute mea. Jes⁹ aũt ĩtuit⁹ eũ dilexit eũ. & dixit ei. Vnũ t̃ deest Vade q̃cũqȝ hẽs vẽde & da pauperib⁹: & hẽbis thesaurũ ĩ celo & veni sequẽ me. Qui ɔ̃tstatus ĩverbo abiit merẽs Erat eñ. habẽs mltas possessiones. Do^{ca}. iii. post trinitatem

Respice ĩ me et miserẽ mei dñe qm̃ vnic⁹ & pauper sũ ego vide hũilitatẽ meã & laborẽ meũ & dimitte oĩa peccata mea de⁹ me⁹. p̃. Ad te dñe leuaui animam meã de⁹ me⁹ ĩ te ɔ̃fido non erubescã. Coll'a. Deprecatõnẽ nrãm q̃s dñe benign⁹ exaudi & q̃b⁹ supplicãdi p̃stas affectũ: t̃bue defensiõis auxiliũ. Per. x̃. e. b. pe. a.

Karissimi. Humiliamĩ sub potẽti manu dei vt vos exaltet ĩ tp̃e visitationis. Oẽm sollicitudinem vestrã p̃iciẽtes ĩ eũ: qm̃ ip̃i cura ẽ devobis Sobrii estote & vigilate: q2 aduersari⁹ vester dyabol⁹ tã q̃ leo rugiens circuit querens quẽ deuoret. Cui resistite fortes in fide. Scientes eadẽ passionem ei q̃ ĩ mũdo est. vestre fraternitatis fieri. De⁹ aũt omĩs gratie q̃ vocauit vos in eternam suã gloriam in xp̃o iesu modicum passos. ipse perficiet & cõfirmabit. solidabitqȝ Ip̃i glĩa & ĩperium: in secula seculoꝝ amẽ. R. Jacta cogitatum tuum ĩ domino et ipse te enutriet. V. Dũ clamarẽ ad dominũ exaudiuit vocem meam ab his qui appropinquant michi. Alleluya. Vsus Dominus regit me et nichil michi deerit in loco pascue ibi me collocauit. Secundum lucam

In illo tempore. Erãt appropiquãtes ad iesũ publicãi & pctõres: ut audirẽt eũ. Et murmurabãt pharisei & scribe dicẽtes Q2 hic pcõres recipit: & mãducat cũ illis. Et ait ad illos parabolã istã dicẽs. Quis ex vobis hõ qui habet cẽtũ

oues:⁊ si perdiderit vnam
ex illis:nõne dimittit nõa-
gintanouẽ in deserto ⁊ va-
dit ad illã q̃ perierat:dõec
iuẽiat illã?Et cũ inuenerit
eã:iponit i humeros suos
gaudẽs.Et veniẽs domũ:
cõuocat amicos/⁊ vicinos
dicẽs eis. Cõgratulamini
michi oẽs.q2 iuẽi ouẽ meã
q̃ pierat.Dico aũt vobis ꝙ
ita gaudiũ erit i celo super
vno pcõre penitẽtiã agẽte/
ꝙ sup nonagitanouẽ iustis
q̃ nõ idigẽt pẽitẽtia. Aut q̃
mlier hñs dragmas decẽ:
et si pdiderit dragmã vnã
nonne accendit lucernam
et euertit domum:⁊ q̃rit di-
ligẽt dõec iuẽiat?Et cũ iue
nerit:ꝯuocat amicas ⁊ vici
nas dicẽs Cõgratlami mi
chi.q2 iuẽi dragmã quã p-
diderã.Ita dico vobis gau
diũ erit corã ãgelis dei sup
vno pcõre pẽitẽtiã agente.
Offr. Sperẽt i te oẽs q̃ nouert
nomẽ tuũ dñe qm̃ nõ delĩqs q̃rẽ
tes te dñe psallite dño q̃ hitat i
syõ qm̃ nõ ẽ oblit⁹ orões paupũ
Munera t̃ dñe o- Sec̃
blata sactifica:vt tui
nobis vnigeniti corp⁹ ⁊ san
guis fiãt.Qui tecũ.cõ.Ego
clamaui qm̃ exaudisti me deus
inclina aurem tuam et exaudi
verba mea allelupa. Postcõm.
Sacris muneribus do
mine perceptis:que-
sumus vt nos eorum virtu
te:⁊ a viciis om̃ibꝫ expies ⁊
dõis tue gratie iugĩt reple
as.Per. Feria iiii. Ad colocen̄.
Fratres. Mortificate
membra vestra q̃ sũt
super terram Fornicatõnẽ
immundiciam/libidinem
concupiscentiam/malam:
et auariciam que est ydolo
rum seruitus Propter que
vẽit ira dei i filios diffiden
tie In quibꝫ et vos ambu-
lastis aliquãdo:cum viue-
retis in illis Nũc autem de
ponite et vos omnia:iram
indignationem maliciam
blaphemiã Turpis sermo
de ore vestro non procedat
Nolite mentiri ĩuicem. Ex
polientes vos veterẽ homi
nem cũ actibus suis:⁊ idu
entes nouum:eũ qui reno-
uatur ĩ agnitione dei secũ-
dum ymaginem eius:qui

creauit eũ. Ubi nõ ẽ mascu-
lus ⁊ femĩa gẽtilis ⁊ iudeꝰ cir-
cũcisio. ⁊ p̃pucium barbarꝰ et
schita: seruus ⁊ liber. Sed ĩ
oĩa: ⁊ ĩ oĩbꝰ xp̃s. S. matheũ
In illo tp̃e Dixit iesꝰ di-
scipl'is suis Nolite pu-
tare q2 vẽi soluẽ legẽ: aut p
phetas. Nõ vẽi soluẽ: s3 adĩ
plẽ. Amẽ q̃ppe dico vobis:
Dõec trãseat celum ⁊ t̃ra. io
tha vnũ aut vnꝰ apex nõ p̃-
teribit a lege: dõec oĩa fiãt:
Qui g° soluerit vnũ de mã-
datis istis minimis ⁊ docu-
erit sic hoĩes. minimꝰ voca-
bit̃ ĩ regnũ celoꝝ. Qui aũt
fecerit ⁊ docuerit: hic mag-
nus vocabit̃ ĩ regnũ celoꝝ.
Fe^u. vi. Lctõ ep̃le b̃ti iohĩs ap̃li.
Karissimi hec ẽ ãnũcia-
tio quã audiuimꝰ ab
eo: ⁊ ãnunciamꝰ vobis q̃m
de9 lux ẽ. ⁊ tenebre nõ sũt in
eo vl'le. Si dixerimꝰ q̃m so-
cietatẽ hẽmꝰ cũ eo. ⁊ in tene-
bris ãbl'amꝰ mẽtimur ⁊ ve-
ritatẽ nõ facimꝰ. Si aũt in
luce ãbulamꝰ sicut ⁊ ip̃e ĩ lu-
ce ẽ. societatẽ hẽmꝰ adiuicẽ
et sãguis iesu filii eiꝰ emun-
dat nos ab oĩ pctõ. Si dixe-
rimꝰ q̃m pctm̃ non hẽmus
nosip̃i nos seducimꝰ ⁊ veri-
tas ĩ nobis non ẽ. Si ꝯfite-
amur pcã nrã fidel' et iustꝰ
ẽ vt remittet nobis pcã nrã
⁊ emũdet nos ab oĩ ĩiq̃tate
Si dixerimꝰ q̃m non pecca-
uimꝰ mẽdacẽ facimꝰ eum ⁊
verbũ eiꝰ. non est in nobis
In illo tẽpore S. lucã
Dixit iesus discipl'is
suis. Impossibile est. vt nõ
veniant scandala Ve autẽ
illi. per quem veniunt. Uti-
lius est illi: si lapis molaris
imponatur circa colum e-
ius: et proiciatur in mare:
q̃p vt scandalizet vnum de
pusillis istis. Attendite vo-
bis. Si peccauerit in te fra-
ter tuus: increpa illum. Et
si penitentiam egerit: di-
mitte illi. Et si septies in
die peccauerit in te: et sep-
ties in die conuersus fue-
rit ad te dicens Penitet me
dimitte illi. Et dixerunt a-
postoli domino. Domine
auge nobis fidem. Et di-
xit illis Si habueritis fidẽ
sicut granum synapis. et
dixeritis huic arbori moro

eradicare ꝛ trāſplātare in mare: ꝛ obediret vobis. q̄s autē vr̄m h̄ns ſeruū arātē: āt oues paſcētē. Qui egreſſo de agro dicat illi ſtatim trāſi recūbe: ꝛ n̄ dicat ei para q̄ cenē ꝛ precīge te ꝛ miniſtra michi dōec mādncē ꝛ bibā. ꝛ poſt hec tu manducabis ꝛ bibes? Nūqd grām h̄et ſeruo illi q̄ fecit q̄ ei ipa uerat? Nō puto. Sic et vos cū feceritiſ oīa q̄ p̄cepta ſūt vobis: dicite. Serui inutiles ſum⁹: qđ debuim⁹ facē fecim⁹. Do^{ca}. iiii. Introit⁹

Dñs illuminatō mea ꝛ ſalus mea quē timebo dñs defēſor vite mee a quo trepidabo q̄ tribulāt me īimici mei ipi infirmati ſūt ꝛ ceciderūt. ps Si ɔſiſtāt aduerſū me caſtra nō timebit cor meū. Glia in ex. Collā.

Protector ī te ſperātiū de⁹: ſie quo nichil ē validū, nichil ſcm̄ mlˀtiplica ſuper nos miam tuā: vt te rectore te duce ſic trāſeam⁹ p bona tp̄alia. vt nō amittam⁹ et̄na. Per d. Ad romanos.

Frēs. Exiſtimo ei q̄ nō ſūt ɔdigne paſſiones huiˀ tp̄is: ad futurā gliam q̄ reuelabit̄ i nobis. Nā expectatio creature: reuelationē filioꝝ dei expectat. Vanitati eni creatura ē ſubiecta nō volēs: ſed propt̄ eū q̄ ſubiecit eā i ſpe. Q2 ꝛ ipa creatura liberabit̄ a ſeruitute corruptōis: i libertatē glie filioꝝ dei. Scim⁹ enī q̄ oīs creat̄a īgemiſcit: ꝛ parturit vſqꝫ adhuc. Nō ſolū aūt illa: ſꝫ ꝛ noſipi primitias ſp̄s h̄ntes Et ipi ītra nos gemimus adoptionē filioꝝ dei: expectantes redēptōnē corporis nr̄i. In xp̄o ieſu: dño nr̄o. R. Propici⁹ eſto dn̄e pctis nr̄is neqn̄ dicāt gētes vbi ē de⁹ eoꝝ. V. Adiuua nos de⁹ ſalutaris noſter ꝛ propter gliam noīs tui dn̄e libera nos. Allā. V. In te domine ſpaui nō cōfūdar ieternū in iuſticia tua libera me ꝛ eripe me iclina ad me aurē tuā accelera vt eruas me. Secūdū lucam

In illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipliſ ſuis. Eſtote miſericordes: ſicut ꝛ pat̄ vr̄ miſericors ē. Nolite iudicare: ꝛ nō iudicabimi. Nolite ɔdēnare: ꝛ nō cōdēnabimi

Dimittite: et dimittemini.
Date: ꝛ dabit᷑ vobis. Mēsu
ram bonā et cōfertā et coa
gitatā ꝛ supeffluentem: da
būt i sinū vr̄m. Eadē qppe
mensura qua mensi fueri-
tis remetie᷑ vobis Dicebat
aūt illis: ꝛ si mltitudinem
hāc. Nunqd potest cec⁹ cecū
ducē? Nōne ābo i foueā ca-
dūt? Nō ē discipul⁹ sup ma
gistrū Perfect⁹ aūt oīs erit si
sit sicut mag̃r ei⁹ Quid au
tē vides festucā i oculo fris
tui: trabē aūt q̄ i oculo tuo
ē: nō ꝯsideras? Et quo⁹ po-
test dicē fri tuo fra᷑ sine eiti
am festucā de oclo tuo. ipē i
oculo tuo trabē nō vides?
ypocrita: eice primū trabē
de oculo tuo: ꝛ tūc ꝑspicies
vt educas festucā de oculo
fris tui Credo. Offr̄. Illumina
oculos meos neūq̄ obdormiā in
morte neqñ dicat inimic⁹ me⁹ p̄-
ualui aduersus eū. Sec̄
Respice q̄s dn̄e mun̄era
supplicātis eccl̄ie: et saluti
credentiū ꝑpetua scificatō
ne sumenda ꝯcede. Per. cō.
Dn̄s firmamētū meū ꝛ refugi-
um meū ꝛ liberator me⁹ de⁹ me⁹
ꝛ liberator me⁹. Postcō.
Sctā tua nos dn̄e sum
pta viuificent: ꝛ mie sempi
tne ꝑparent expiatos. Per.

Feria. iiii. Ad colocēses.

Fres Om̄e qd̄cūq; faci
tis i verbo: aut i ope. oīa in
noīe dn̄i iesu xp̄i facite gra
tias agentes deo ꝛ prī ꝑ ip-
sū. Mulieres subdite estote
viris sicut oportet i dn̄o Vi
ri diligite vxores. ꝛ nolite a
mari esse ad illas Filii. obe
dite parentib; ꝑ oīa Hoc ei
placitū ē dn̄o. Patres noli
te ad indignationem puo
care filios vr̄os. vt non pu
sillo animo fiāt Serui obe
dite ꝑ om̄ia dn̄is vr̄is car-
nalib⁹ Nō ad oculū seruien
tes. quasi hoībus placen
tes. s; i simplicitate cordis
timentes dn̄m. Quodcun
q; facitis ex animo opera-
mini sicut dn̄o. ꝛ non hoīb⁹
Scientes q͏ a dn̄o accipie-
tis retributionem hēditatis
Per iesū christū: dn̄m nr̄m.

Secundum matheum.

In illo tp̄e. Exeuntes
pharisei ꝯsiliū faciebāt ad
uers⁹ iesū. quo⁹ eū pderent.

Jesus aūt sciens secessit in
de:et secuti sunt eum mul-
ti.et curauit eos oms.Et p̄
cepit eis ne maīfestū eū fa-
cerent:vt adimpleretur qd
dictū est p isayam pphetā
dicentē Ecce puer me⁹ quē
elegi: dilectus me⁹ in quo
bene cplacuit anime mee.
Ponam spiritū meū super
eum:et iudiciū gentib; nū
ciabit Non contendet neq;
clamabit:neq; audiet ali-
quis in plateis vocem ei⁹.
Harūdinē cassatā non con
fringet.et lignū fumigans
nō extinguet.donec eiciat
ad victoriam iudicium Et
in nomine eius gētes spa-
būt. Fe^a vi. L cō epte bti pet apli

Karissimi. Reportātes
finē fidei nostre salu
tem aīaꝝ nostrarum:de q^a
salute exquisierūt atq; scru
tati sūt prophete.qui de fu
tura in vobis gratia pphe
tauerūt scrutantes i quod
vel quale tempus signifi-
caret qui in eis erat spirit⁹
xpi prenuncians eas que i
xpo sūt passiones et posteri-
ores glorias.Quibus reue
latū est q2 non sibimetipis
nobis aūt ministrabāt ea
q̄ nunc nūciata sunt vobis
per eos q̄ euāgelizauerunt
vobis de spiritusctō misso
de celo.in quem desiderāt
angeli prospicere. Propter
qd succincti lumbos men-
tis vestre.sobrii perfecti spe
rate i eā q̄ offert vobis gra
tiam.in reuelationem iesu
christi quasi filii obedien-
tie.non cōfigurati priorib⁹
ignorantie vestre desideri-
is: sz secundum eū qui vo-
cauerit uos sāctum:ut et ip
si sancti in omi conuersati
one sitis:quoniā scriptum
est Sancti eritis q2 ego san
ctus sum.Et si patrem in/
uocatis eum q̄ sn̄ acceptio
ne personarum iudicat.se/
cūdum uniuscuiusq; op⁹.
in timore incolatus uestri
tēpore cuersamini Scdm

In illo tēpore Matheū
Dixit iesus tbis pha
riseorum.Amen dico uobis
nō surrexit inter natos mu
lierum.maior iohāne bap
tista.Qui autem minor est
i regno celorum.maior est

illo. A diebꝰ aũt iohis bap-
tiste vsqꝫ nũc regnum celo
rũ vim patitur: et violenti
rapiũt illud. Oĩs ei pphẽ
et lex: vsqꝫ ad iohãnem p-
phetauerũt. Et si vultis re
cipere: ipse est helyas q̀ ven
turꝰ ẽ. Qui habet aures au
diendi audiat. Cui similẽ
estimabo generationẽ istã
Similis est pueris sedenti
bus ĩ foro: q̀ clamantes co
equalibꝰ dicũt. Cecinimꝰ
vobis ⁊ nõ saltastis: lamẽ-
tauimꝰ et nõ plãxistis. Ve-
nit eĩ iohãnes neqꝫ mãdu
cãs neqꝫ bibẽs. et dicũt de-
mõium habet. Venit filius
hoĩs mãducãs et bibens: ⁊
dicũt. Ecce homo uorax et
potator uini. Publicanorũ
et peccatorũ amicus: et iu-
stificata est sapiẽtia. a filiis
suis. Dñica qnta. Introitus

Exaudi dñe vocem meam
qua clamaui ad te adiu-
tor meus es tu ne derelinquas
me neqꝫ despicias me deꝰ saluta
ris meus. ps. Dominus illumi
natio mea ⁊ salus mea quem ti
mebo. Gloria i ex. Collã

Da nobis dñe q̃sumus
vt et mũdi cursus pacifice
nobis tuo ordine dirigantᷣ
et ecclesia tua trãquilla de
uotione letetur. Per dñm.
Lectio epistole bti petᷣ apostoli.

Karissimi. Oẽs vnani
mes ĩ orõe estote ꝯpa
tiẽtes/ frnitatis amatores/
misericordes/ humiles. Nõ
reddẽtes malum p malo:
vel maledictũ p maledicto
sed ecõtrario benedicentes
Quia ĩ hoc vocati estis: ut
bñdictionẽ hereditate pos
sideatis. Qui eni vult vitã
diligere: ⁊ vidẽ dies bonos
coherceat liguam suam a
malo et labia sua ne loquã
tur dolum. Declinet aũt a
malo: ⁊ faciet bonũ. Inqui
rat pacẽ: et sequatur eam.
Quia oculi dñi sup iustos
et aures eiꝰ ad p̃ces eorum.
Vultus aũt domini super
facientes mala. Et quis ẽ
qui vobis noceat: si boni e-
mulatores fueritis? Sed ⁊
si quid patimini (propᷣ iu-
sticiã) beati. Timorem aũt
eorum ne timueritis: vt nõ cõ
turbemini. Dñm aũt xp̃m
sctificate: in cordibus vris

℟. Protector noster aspice deus
⁊ respice super seruos tuos. ℣.
Dn̄e deꝰ ꝟtutū exaudi ꝑces ser-
uorū tuoꝝ. Allelupa. ℣. Verba
mea auribꝫ percipe dn̄e intelli-
ge clamorem meum. S. lucam.

In illo tempore. Cum
turbe multe irruerēt
ad iesū vt audirēt verbum
dei: ⁊ ipse stabat secus stan-
nū genesareth. Et vidit du
as naues: stātes secus stan
nū. Piscatores aūt descēde
rāt: ⁊ lauabāt rhetia. Ascen
dens aūt in unam nauim
q̄ erat symonis: rogauit eū
ut a t̄ra reducēt pusillum.
Et sedens docebat de na-
uicula turbas. Vt cessauit
autem loqui dixit ad symo
nem. Duc in altū: et laxate
rhetia vrā i capturam. Et
respōdens symon: dixit illi
Preceptor. per totā noctem
laborantes nichil cepimꝰ: i
verbo aūt tuo laxabo rhete
Et cū hoc fecissent: conclu-
serūt pisciū mltitudinem
copiosam. Rūpebatur aūt
rhete eoꝝ: ⁊ annuerunt soci
is q̄ erāt i alia naui: ut ve-
nirent et adiuuarent eos.
Et venerunt. et ipleuerunt
ambas nauiculas: ita ut pe
ne mergerentur. Quod cū
uideret symon petrus. pro
cidit ad genua iesu dicens
Exi a me. quia homo pctōr
sum dn̄e. Stupor eni circū
dederat eum. ⁊ om̄s q̄ cum
illo erant in captura pisci-
um quem ceperant. Si-
militer autem iacobum et
iohannem filios zebedei.
q̄ erant socii symonis. Et
ait ad symonem iesꝰ. Noli
timere Ex hoc iam homies
eris capiens. Et subductis
ad terram nauibꝫ relictis
omnibus. secuti suut eum
Offꝫ. Benedicam dominum
qui michi tribuit itellectū ꝓui-
debam deum i cōspectu meo sē-
per qm̄ a dexteris est michi ne cō
mouear. Secreta
Ascendāt q̄s dn̄e ꝑces
humilitatis nr̄e in conspe-
ctu clementie tue. et descen
dat super hec oblata uir-
tus tue diuinitatis quam
nostris quoqꝫ purifican-
dis mentibꝰ largiaris. Per
cō. Vnā petii a dn̄o hāc reqram
vt inhabitem i domo dn̄i oībus

diebus vite mee. Postcōmunio

Misteria nos q̄s dn̄e sā-
cta purificent: et suo
munere tueantur. Per d̄.

Feria. iiii. Ad romanos.
Frēs. Sicut per vnius
delictum in omnes hoīes i
cōdennationem: sic ⁊ p vni-
us iusticiam in oēs hoīes i
iustificatōnē vite. Sicut ei
per inobedientiam vnius
homis pctōres ɔstituti sūt
mlti: ita p vnius obedienti-
am iusti constituuntur ml-
ti. Lex autem subītrauit: ut
abūdaret delictū. vbi autē
abundauit delictum. supa-
bundauit ⁊ grā. Et sicut re-
gnauit pctm̄ in morte: ita ⁊
gr̄a regnet per iusticiā i ui-
tam et̄nam. Per iesū chri-
stum dn̄m nr̄m. S. lucam

In illo tempore Factū
est dum cōplerent di-
es assūptionis iesu: ⁊ ipe fa-
ciem suā firmauit ut iret i
hierusalem ⁊ misit nūcios
ante conspectū suū. Et eun-
tes intrauerūt in ciuitatē
samaritanoꝝ: ut pararent
illi. Et nō receperūt illum:
q̄ facies eius erat euntis i
hierusalem. Cum vidisset
autem discipuli eius iaco-
bus ⁊ iohannes dixerunt.
Domine: uis dicim⁹ ut ig-
nis descendat de celo. ⁊ con-
sumat illos? Et conuersus
increpauit eos dicens. Ne-
scitis: cuius spūs estis. Fili-
us hominis nō uenit aīas
hominū perdere: sed salua-
re. Et abierunt in aliud ca-
stellum. Feria vi. Lcō e. b ia. a

Karissimi. Patientes
estote: vsq; ad aduen-
tum dn̄i. Ecce agricola ex-
pectat preciosum fructum
terre: patient ferens donec
accipiat tēporaneū ⁊ seroti-
num. Patientes igit estote
⁊ vos ⁊ cōfirmate corda ue-
stra: quoniā aduent⁹ domi-
ni appropinquabit. Nolite
ingemiscere frēs i alterutrū:
ut nō iudicemini. Ecce iu-
dex an̄ ianuam astitit. Ex-
emplum accipite frēs ma-
li ⁊ longanimitas: laboris
⁊ patientie prophāꝝ qui lo-
cuti sunt in nomine domi-
ni. Ecce beatificamus eos
qui sustinuerunt. Sufferē-
tiam iob audistis. Et finē

vidistis dñi qm̄ misericors ē dñs ꝛ miserator. S.math.

In illo tēpore Mane reuertens ies' in ciuitatem esuriit. Et videns fici arborem vnam secus viā venit ad eam et nichil inuenit in ea nisi folia tantum, et ait illi. Nunq̄ ex te fruct⁹ nascatur in sempiternum Et arefacta est continuo ficulnea. Et vidētes discipli mirati sunt dicentes Quomodo continuo aruit? Respondens autem iesus: ait illis. Amen dico vobis si habueritis fidē ꝛ nō hesitaueritis: non solum de ficlnea facietis: sed ꝛ si monti huic dixeritis tolle. et iacta te in mare. fiet. Et omīa quecūqꝫ petieritis ī orōnē credentes accipietis. Do''. vi. p⁹ tnit

Dominus fortitudo plebis sue ꝛ protector salutariū xp̄i sui ē saluum fac pp̄lm tuum et benedic hereditati tue et rege eos vsqꝫ in seculum. p̄. Ad te domine leuaui animam meam deus meus in te ꝯfido nō erubescā

Gl'ia ī excel Oratio.

Deus qui diligentibus te bona inuisibilia p̄parasti infunde cordib⁹ nostris tui amoris effectū: vt te in omnibus et super omnia diligentes promissiones tuas q̄ om̄e desideriū supant cōsequamur. Per dominū

Lectō epistole bti petri apostoli

Karissimi Obsecro vos tanq̄ aduenas ꝛ peregrinos abstinē vos a carnalibus desideriis: q̄ militant aduersus aīam. Conuersationem vestram iter gentes habentes bonam: ut in eo qd̄ detractāt de vobis tāq̄ de malefactoribus ex bonis operibus vos ꝯsiderātes: glorificent deū in die visitatōis. Subiecti estote omni humane creaē ppt̄ deū Siue regi: quasi p̄cellēti. Siue ducibus: tanquam ab eo missis. ad vindictam malefactoꝝ: laudē uero bonorum. Quia sic ē volūtas dei ut benefacientes obmutescere faciatis ī prudētium hominū ignorātiam. Quasi liberi: ꝛ nō quasi uelamē habētes malicie libertatē: sꝫ sicut serui

dei. Oēs honorate: fraternitatē diligite Deū timete: regē honorificate. Serui subditi estote (i omī timore) dominis. Nō tantū bonis et modestis: sed etiam dyscolis. Hec ē eni gratia In christo iesu: dño nostro. R. Conuertere domine aliquātulū ⁊ deprecare sup seruos tuos V. Dñe refugiū fact⁹ es nobis a gñatōe ⁊ pgenie. Allā. V. Qui timēt dominū sperēt i eū adiutor ⁊ ptector eor est. Scdm matheum

peccatū q2 nesciūt quid faciūt. Auxilientᷣ no- ¶ Postcō. bis dn̄e sumpta misteria. et intercedente beato stephano martire tuo sempiterna protectione confirment. Per dn̄m. ¶ De sācto iohanne euangelista. Introit⁹. In medio ecclesie aperuit os eius ꝛ impleuit eū dominus spiritu sapiētie ꝛ intellectus stola glorie induit eū. ps. Jocunditatem ꝛ exultationem thesaurizauit super eū. Gloria in excelsis. Oratio

Ecclesiam tuā quesumus dn̄e benignus illustra: ut beati iohannis apostoli tui et euangeliste illumiata doctrinis ad dona perueniat sempiterna. Per. Fiat meᵐᵒ. de naᵗ. ꝛ de btō stephano. Lctō libri sapiētie.

Qui timet deum faciet bona Et qui cōtinēs est iusticie apprehendet illam: et obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibabit illum pane vite ꝛ intellectus: et aqua sapiētie salutaris potabit illū. Et firmabitur in illo ꝛ nō flecteᵗ et continebit illum ꝛ nō cōfundetur. ꝛ exaltabit illum apud proximos suos. Jn medio ecclesie apuit os ei⁹: et implebit eū dn̄s spiritu sapientie et intellect⁹ ꝛ stola glorie induet eum. Jocūditatem ꝛ exultatiōnē thesaurizauit super eū. Et nomine eterno hereditabit illum: dn̄s deus noster. ℟. Exiit sermo inter fratres quod discipulus ille non moritur. ℣⁹ Sed sic eum volo manere dōec veniam tu me sequere Alleluya ℣. Hic ē discipulus ille qui testimoniū perhibet de his ꝛ scimus q2 verū ē testimoniū eius. ꝓsa. Letabūdus. Secūdū iohānē

In illo tpē. Dixit iesus petro. Seqre me. Cōuersus petrus vidit illū discipulū quē diligebat ies⁹ sequentem: qui et recubuit in cena supra pectus eius: ꝛ dixit. Dn̄e. qui est qui tradet te? hūc ergo cū vidisset petrus: dixit iesu. Domine hic autē quis? Dixit ei ies⁹. Sic eū uolo manere donec veniā Quid ad te? Tu me sequē. Exiit ergo sermo inᵗ

fratres quod discipulus il le non moritur. Et non di xit ei iesus non moritur: sed sic eū volo manere do nec veniā quid ad te? hic ē discipulus ille qui testimo niū perhibet de his: et scri psit hec. Et scimus q2 uerū ē: testimonium eius. Credo Offr. Iustus ut palma florebit sicut cedrus que i libano ē mul tiplicabitur. Secreta.

Suscipe munera dn̄e q̄ in eius tibi solēnitate defe rimus cuius nos cōfidim9 patrocinio liberari. Per d. Prefatio et cōmunicātes de nat dn̄i. Cō. Exiit sermo inter fra tres q2 discipulus ille non morit et non dixit iesus non moritur sed sic eum volo manere donec veniā. Post cō.

Refecti cibo potuqz ce lesti deus noster te supplic ces deprecamur. ut in cu ius hec cōmemoratione p cepimus: eius muniamur et precibus Per d. In festo scōr inocētiū. Introitus.

Ex ore infantiū et lacten tium perfecisti laudē pro pter inimicos tuos. Ps Dn̄e dn̄s noster q̄ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Glia i excelsis nō dicitur nisi sit dn̄ica

Deus cuius Collecta hodierna die p̄coniū innocētes martires nō lo quendo sed moriendo con fessi sunt: omia in nobis vi cior mala mortifica. ut fi dem tuam quā lingua no stra loquitur etiā moribus vita fateatur Per d. me de nat et de scō stephāo et de scō iohē Lcō libri apocal. bti iohis apli.

In diebus illis. Vidi supra mōtem syō a gnum stantem: et cū eo cē tumquadragintaquatuor milia habentes nomen ei9 et nomē patris ei9: scriptū in frontibus suis. Et audi ui vocem de celo. tā q̄ vocē tonitrui magni et tā q̄ vocē aquar multar. Et vocem quā audiui sicut cythare dor cytharizantiū i cytha ris suis. Et cantabāt qua si cāticū nouū ante sedem: et āte quatuor animalia et seniores. Et nemo poterat dicere canticū: nisi illa cen tumquadragintaquatuor

milia qui empti sūt de terra. Hi sūt qui cū mulierib3 nō sūt coiquinati: virgies eni sūt. Hi sequūtur agnū: quocūq3 ierit. Hi empti sūt ex omibus primicie deo et agno: et in ore ipsorꝝ non ē inuētū mēdatiū Sine macula sunt: ante thronū dei. ℟. Anima nrā sicut passer erepta est de laqueo venātium. ℣. Laqueus cōtritus est et nos liberati sumus adiutoriū nostrū in nomine dn̄i qui fecit celū ⁊ terram. Si non sit dn̄ica. dicit' Cātemus epa. Si sit dn̄ica dicitur Alleluya. ℣. Judicabunt sancti nationes ⁊ dn̄abuntur populis et regnabit illorꝝ rex ineternū. psa. Letabundus. Sz i octabis dicit'. Celsa pueri. S. matheū.

In illo tpē. Angel' dn̄i apparuit in sōnis ioseph. dicens. Surge: ⁊ accipe puerum ⁊ matrem eius ⁊ fuge i egyptū: ⁊ esto ibi vsq3 dū dicā tibi. Futurū est enī: vt herodes querat puerum ad perdendū eū. Qui consurgens accepit puerū ⁊ matrē eius nocte: et secessit in egyptū. ⁊ erat ibi vsq3 ad obitū herodis. Vt ipleretur quod dictū ē a dn̄o p hieremiā prophetā dicētē. Ex egypto: uocaui filiū meum. Tunc herodes vidēs ꝙ illusus esset a magis: iratus est valde. Et mittēs occidit oēs pueros qui erant in bethleē et in oibus finibus eius a bimatu ⁊ infra. secuudū tempus quod exq̄sierat a magis. Tunc adimpletum ē quod dictum est per hieremiam prophetam dicentem. Vox i rama audita est. ploratus et ululatus mult': rachel plorās filios suos. Et noluit cōsolari: quia non sunt. Credo. Offꝫ. Aīa nrā sicut passer erepta est de laqueo venantiū laqueus contritus est et nos liberati sumus. Secreta

Adesto dn̄e muneribꝫ innocētium martirꝫ tuorꝫ festiuitate sacrandis et presta. ut eorꝫ sinceritatē possimus imitari quorꝫ dicatam veneramur infantiam. Per d. Prefatio de nat. dn̄i. Cō. Vox in rama audita ē plorat' et ululat' rachel plorās

filios suos ⁊ noluit cõsolari q̃a non sunt. Post communio

Uotiua domine dona percepimus: que sanctorũ tuorũ nobis precibus et presentis uite q̃s pariter et eterne tribue cõferre subsidiũ. Per d̃. Si sit dñica dicit Jte missa est. Sin autẽ. Benedicamus dño. De sancto thoma martire. Introitus. Letabitur iustus. Gl'ia i excelsis. Oratio.

Deus pro cuius ecclesia gloriosus martir et pontifex thomas gladiis impiorũ occubuit: p̃sta q̃s: ut oms qui eius implorãt auxiliũ pie peticionis sue salutarẽ consequent effectũ. Per. Memo^a de nat ⁊ cetera. Epistola. Beatus uir qui inuentus ẽ sine macula. R̷ Posuisti d̃ Deũ deriũ. All'a. V̷ Letabit. p̃sa Letabundus. Euãgeliũ. Si quis vult uenire. Credo in. Offr. Gloria et honore. Prefacio de natiuitate. Secreta

Munera tibi domine dicata sanctifica: et intercedente beato thoma martire tuo atq; pontifice: per eiusd̃ nos placatus intẽde

Per d̃. Prefacio et cõicãtes de nat. cõ Qui vult venire. Omia supradicta require in cõi vnius martiris. Post communio

Hec nos cõmunio dñe purget a crimine: et intercedente beato thoma martire tuo atq; pontifice celestis remedii facias esse consortes. Per d̃. Sancti silvestri pape ⁊ cõfessoris. Introit⁹ Sacerdotes tui. Gl'ia i ex. Orõ.

Da quesum⁹ omps de⁹ ut b̃ti siluestri ꝯfessoris tui atq; põtificis ueneranda solennitas et deuotionẽ nobis augeat ⁊ salutẽ. Per. Eodẽ die scõꝝ sauiniani et poteciani martiꝝ. Orõ.

Deus qui es sanctorũ tuoꝝ splendor mirabilis quiq; hũc diem beatorum martirũ tuorũ sauiniani et potenciani martirio cõsecrasti: ꝯcede nobis famulis tuis. ut quoꝝ doctrina et exemplo gallorum tibi colla subdidisti fanatica: eoꝝ iteruẽtione assidua mereamur assequi gaudia sempiterna. Per d̃. Item eodẽ die scẽ colũbe virgis ⁊ martiris

Omps sempiťne ¶ orõ
deus: da nobis in fe
stiuitate scē colūbe virgis
et martiris cõgrua deuoti
ne gaudē: et potentiā tnā
in eius transitu laudem⁹:
et prouisum nobis pcipia
mus auxilium. Per Epl'a
Ecce sacerdos. ℞ Inueni da=
uid ℣ Nichil pficiet. Allā ℣ Iu
rauit. Psa Angel⁹ cõsilii euāge.
Homo quidē peregre Cre
do. offꝛ Inueni dauid. Secre"
Sancti tui nos dñe q̄s
ubiqz letificēt. ut dū
eoꝝ merita recolimus: pa
trocinia sentiamus. Per d̄
Itē scōꝝ martirum. Se".
Salutari sacrificio do
mine populus tuus semp
exultet. quo et debitus ho
noꝛ sacris martiribꝫ exhi=
beť et sanctificationis tue
mun⁹ acq̄ritur. Per. Itē scte
Offerim⁹ ¶ colūbe. Se"
dñe p̄ces et munera
i honore scē colūbe virgis
ꝛ martiris gaudentes prā
q̄s: ut cõuenienter hec agē:
ꝛ remediū sēpiternum va=
leamus acquirē. Per d̄. Pre
fatio ꝛ cõicantes de nať. Cõm

Beatus seruus. Post cõmunio
Quesum⁹ omp̄s deus
ut hodierne solēnita
tis munus oblatū interce
dēte beato siluestro cõfesso
re tuo atqz pontifice corpo
ribꝫ nostris prestet salutē ꝛ
mētibꝫ. Per. scōꝝ. mar. p⁹ cõ
Celebrātes que p sctõ=
rū martiꝝ tuoꝝ saui
niani et potētiani btā pas
sione pegim⁹ ipsoꝝ nobis
q̄s: fiant intercessione salu
taria in quoꝝ ueueratione
sūt exultanť ipleta. p Itē scē
Adiuuēt ¶ cõlūbe. p⁹ cõ.
nos q̄s dñe hec sctā
misteria que sumpsimus ꝛ
beate columbe intercessio
veneranda. Per. In oct" scti
stephani fiat p oīa sicut in die.
excepto ꝙ psa d̄r Magnus de⁹.
Credo nõ d̄r nisi sit dñica. p̄fa
tio cõis d̄r. In octa" sci iohis si
cut in die. sꝫ d̄r psa Organicis.
ꝛ p̄facio de apl'is. ꝛ memoria de
sctā genouefa martire.
Btē genouefe nata= orõ
licia venerāda dñe. q̄s ecle
sia tua deuota suscipiat. et
fiat magne glorificatõis
amore deuotio. ꝛ tāte fidei

proficiat exẽplo. Per. Se[cre]

Offerimus domine preces et muẽra in hõre scẽ genouefe uirgis tue. ut per hec ad eterna gaudia attigẽ ualeam⁹. p. post cõ

Iugiter nos dñe sancte genouefe virgis tue vota letificent. et patrociuia nobis ipsi⁹ sẽper festiuitas exhibeat. Per. In octa[ua] innocentium dr Glia in excel. et alla Judicabũt. Et prosa Celsa pueri. et pfacio ois' Et Ite missa ẽ sed credo nõ dicit. nisi sit dñica. cetera sicut i die. De scõ symeõe monacho. Introitus Os iusti. Gloria in excel. dicitur. Oratio

Cõcede nobis qs dñe alacribz annuis bti cõfessoris tui symeonis solennia celebrare cui⁹ diuersis decorata virtutibz tibi vita complacuit. Per. Epistola. Testificor corã deo. R[esponsorium] Os iusti V[ersus] Lex dei. Alla V[ersus] Iust⁹ ut palma. prosa Hic scũs cuius Euãgeliũ. Vigilate qr nesci Credo nõ dr. offr[torium]. Veritas. se[cre]

Oblata ofessoris tui symeonis honore. sint tibi nostra grata libamia et nostrarum apud te supplicationem effectum optineant. Per d. cõ Beatus seruus. Require totum in cõi ofes. p⁹ cõ

Quos celestibz dñe recreas alimẽtis interuentione beati symeonis cofessoris tui nos qs ab oibz tuere periculis. Per d. Sci frodoberti abbis sicut de scõ symeone pter tres collãs seqntes

Deus qui nos p[er] colla[cta] vnigeniti tui mẽbra ad celestẽ vitã semper iformas. da qs ut meritis et intercessiõe beati confessoris tui frodoberti cui⁹ solẽnia colimus: de ei⁹ vite gloria sine fine gaudeam⁹. p collã

Preseus sacrificiũ domine quod tibi deuotus offert popul⁹. beati frodoberti precibus tua scificetur benedictione. et nos viuificet sẽpiterna refectio Iesu xpi- [do]ne. p. p⁹ cõ

Dñi nri sacrã sumẽte redẽptõe z pcamur misericors de⁹: ut bti cõfessoris tui frodoberti precibus ad medelã nobis et pacẽ puenian sẽpiternã. Per eũdẽ

Scti vuillermi epi Introitus.
Statuit. Glia i excelsis Collā
Adesto supplicationib⁹
nostris oipotens de⁹.
et quib⁹ fiduciā spande pi
etatis idulges intercedēte
beato vuillermo confessore
tuo atqz pōtifice ɔsuete mi
sericordie tbue beign⁹ effec
tū. Per eplā. Ecce sacerdos
℟ Iurauit dñs. Vl⁹ Dixit dñs
Alla V Iurauit dñs ꝓsa Supne
matris. euāgeliū. Homo qdē
pegre Credo. offꝫ Inueni. se
Sancti confessoris tui
atqz pontifıcis vuil
lermi nobis domie pia nō
desit orō que ⁊ munera nr̄a
conciliet: et tuā nobis idul
gentiā semper obtineat. p
Prefatio de epyphania et nō dr
coicantes. cō Fidelis seru⁹ Dia
supradcā qre i ɔivni⁹ ɔfes. p⁹ cō
Presta quesumus om
nipotens deus: ut de
pceptis munerib; grās ex-
hibētes: intercedēte beato
vuillermo confessore tuo at
qz pontifice beneficia poti
ora sumam⁹. Per. Remigii ⁊
hylarii epōꝝ ⁊ confessorū de coi
plurimorum confessorum Orō
Beatoꝝ cōfessorum tu
orum pariterqz pon
tificum remigii atqz hyla-
rii dñe natalicia celebran-
tes. supplices te rogamus
ut quos celesti gloria subli
masti tuis adesse fidelib;
concede. Per dñm. Secreta
Sacrificiū domine qd
pro beatis confessori
b; tuis remigio atqz hyla-
rio offert nostra deuotio. p
eorū merita nobis augeat
te donante suffragiū. Per.
Quesum⁹ dñe ds noster
salutarib; repleti mi-
steriis: ut quorū solēnitatē
celebramus eorum oratio-
nibus adiuuemur. per. Fe
licis in pincis Introitus Os
iusti. Gloria in excelsis dr Orō
Cōcede qs omps de⁹ ut
ad meliorē uitam scō-
rum tuorum exempla nos
prouocēt quatinus quorū
solennia agimus etiā act⁹
imitemur. per d. Epistola
Iustū deduxit dominus p uias
rectas. ℟ Iurauit dominus Vl⁹
Dixit dominus. Alleluya. Vl⁹
Disposui testamentum electis
meis iuraui dauid seruo meo.

euãge. Videte vigilate. offr. Veritas mea. Secreta.

Hostias tibi domine beati felicis dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuũ nobis tribue puenire subsidiũ. Per. cõm Beatus seruus. Quere oĩa supradicta i cõi confessor. post cõ

Quesumus domine salutaribus repleti misteriis: ut cuius solẽnia celebramus. ei⁹ orõnibꝫ adiuuemur. Per d. mauri abbatis. Introitus. Os iusti meditabitur. Glĩa i excelsis d. oratio.

Deus qui hodiernũ diem beati mauri confessoris tui sacro trãsitu ꝯsecrasti concede nobis propicius. in offensis per eius institnta gressibus pgere: ut eiusdẽ in regione viuentium mereamur gaudiis admisceri. Per. epla Testificor coram. R Os iusti v⁹ Lex dei eius. Alla v Iust⁹ ut palma prosa. Hic scũs cuius. euangeli. Vigilate quia nescitis. offr. Veritas mea. Secreta.

Oblatis dñe ad honorẽ beati mauri confessoris tui placare muneribus: et ipsius interuẽtu famulis tuis cunctor tribue indulgentiam pctõr. Per. cõ. Beatus seruus. Quere oĩa supradicta in communi cõfessor. p⁹ cõ.

Supplices te rogam⁹ oipotens deus ut intercedente beato mauro ꝯfessore tuo et tua ĩ nobis dona multiplices et tempora nrã dispoãs. Per. Sci macelli pape et martiris. Introitus. Statuit ei Glĩa i excelsis d. orõ

Preces populi tui. q. d. clement exandi. ut bi macelli martiris tui atqꝫ pontificis meritis adiuuemur: cui⁹ passiõe letamur. Per d. epla. plures facti sũt sacerdotes. Quere in cõi plurimor ꝯfes. R Inueni dauid. v Nichil pficiet. Alla v Elegit te dñs i sacerdotẽ magnũ in pplo tuo. Euangelium Vigilate. offr. Veritas mea. Secreta.

Suscipe q̃s dñe munera dignãter oblata beati macelli suffragãtibꝫ meritis ad nostre salutis auxiliũ pueire cõcede. p d. cõ. Bts seru⁹. q̃re i ꝯi ꝯfes. p⁹ cõ

Saciasti dñe familiã tuã muneribꝫ sacris eius q̃s sẽp interuentione nos refoue cui⁹ solennia celebramus. Per. Scti sulpicii epi ⁊ ꝯfessoris Introit⁹ Statuit ei dñs. Glia i ex. dicit. Oratio.

Da q̃s omnipotẽs de⁹. ut qui beati sulpicii confessoris tui atqꝫ pontificis depositionem colim⁹ eius apud te intercessionibꝫ adiuuemur. Per. Eodem die scõꝝ speusipi meleusipi ⁊ eleusipi. Orõ.

Fraterna nos dñe scõꝝ martirũ tuoꝝ speusipi eleusipi et meleusipi corona letificet. que ⁊ fidei nostre prebeat incitamẽta uirtutum ⁊ multiplici nos suffragio cõsolet. Per. Itẽ de scõ anthonio orõ.

Deus qui nos cõcedis obtentu beati anthonii cõfessoris tui morbidũ ignẽ extigui: et menbris egris refrigeria prestari: fac nos ꝓpicius ipi⁹ meritis a gehẽne incẽdiis liberatos integros mẽte et corpore t felicitet i glia ꝑsentari. p ð eplã. Ecce sacerdos. ℞ Dñe ꝑuenisti. ℣ Vitam peciit. Alla ℣⁹ Iust⁹ germinabit. Psla Hic scũs cuius. euãgeliũ. Hõ qdã peregre. offꝫ Veitas. S.

Supplices tibi dñe nostra grata pariter existat oblatio: quã p sci sulpicii cõfessoris tui atqꝫ pontificis cõmemoratione deferim⁹. atqꝫ idulgentiã nobis suffragiis ei⁹ q̃s largiaris. p. Item sanctorũ. Secreta.

Iterata misteria domine p sãctoꝝ martirũ tuoꝝ commemoratione deuota mẽte tractam⁹ q̇bꝫ nobis fiduciã et presidiũ crescat et gaudium. Per. Itẽ secreta

Sacris altaribꝫ dñe beat⁹ anthoni⁹ abbas hostias suppositas q̃s i salutẽ nobis pueire deposcat Cõm. Beatus seruus. Require oĩa in cõmuni cõfessoꝝ. post cõ

Saciati dñe munerib⁹ sacris eius q̃s: interuẽtione nos refoue cui⁹ solennia celebramus. Per. Item sanctorum post cõm

Presta q̃s omp̃s deus. ut quorũ memoriam sacramẽti participatione

recolimus fidem quoqꝫ de uotione sectemur. Per p⁹ cō

Protegat nos dñe q̄s cum tui perceptione sacramēti beatus āthoni⁹ abbas pro nobis itercedē do: ut et cōuersationis ei⁹ expiamur insignia et inter cessionis ipsius pcipiam⁹ suffragia. Per. In cathedra sci pet̄ Statuit ei. Glā i ex. orō.

Omps sempiterne de⁹ q̄ aplo tuo petro pri cipatum romane urbis tri buisti: unde se euangelica ueritas per tota regna mū di diffūderet. prā ut qd̄ i or bē terrarū ei⁹ predicatione magnauit. christiane deuo tionis sequat̄ uniuersitas. Per. d. Epla. Ecce sacerdos ℞ Dñe preuenisti. ℣ Vitā. Alla ℣ Tu es petr⁹ et sup hāc petrā edificabo ecclīā meā. pla Clare scōꝝ. Si sit lxx^{ma} Tract⁹. Tu es petr⁹. Quere i ii^{a} cathedra. euā homo qdā pegre. Credo dr Offr. Inueni dauid. Secreta.

Hostias ppli tui dñe p picius itēde ut quod nrā fiducia nō meret̄ p eū quē constituisti nobis psu lem icessabiliter largiaris. Per. Prefacio de aplis. cō Vis seruus. Quere oia supradicta i communi confessorum. Post cō

Repleti benedictōe ce lesti supplices implo ramus. ut q̄ fragili celebra mus officio. bti apli tui pe tri nobis pdesse sētiam⁹ au xilio. Per. Eodē die prisce vir gis. Loqbar de testim. ps. Bti immaculati in uia Oratio

Da q. o. d ut qui bte pri sce martiris tue na talicia colim⁹: ⁊ ānua solē nitate letemur et tāte fidei proficiam⁹ exēplo. Per. epla Sapietia laudabit ℞. Spē tuā. ℣ Propter ueritatē. Alla ℣ Loquebar de testim Euāgeliū Simile est regnū celoꝝ de cē ugibꝫ. Offr. Filie regū. Sec

Hostia q. d. quam scōꝝ tuoꝝ natalicia recēsē tes offerim⁹: ⁊ uincula no stre prauitatis absoluat: et tue nobis misericordie do na cōciliet. Per. cō Feci iudi ciū et iusticiā reqre i cōi virginū

Post communio

Quesum⁹ dñe salutari bus repleti misteriis

...ut cui⁹ solēnia celebramꝰ ei⁹ orōib; adiuuemur. Per d̄. Sci patrocli mar. itroitus. Letabit iust⁹. Glia i ex. dicit

Presta q̄s omps deus: ut qui beati patrocli martiris tui natalicia colimus. itercessione ei⁹ in tui nois amore roboremur. p. Eplā. Beat⁹ vir q̄ iuent⁹. R Posuisti dn̄e. V. Desideriū. Alla. V. Beatus uir qui suffert. Et si sit lxx^{a} dicit tract⁹. Desiderium Euāgeliū. Si quis vlt veie Offr. Glia et honore. Secreta.

Muneribus nostris q̄s dn̄e precibusq; susceptis et celestib⁹ nos mūda misteriis + clemēter exaudi Per d̄. cō. Qui vult. quere oīa i cōi unius martiris. Post cōm.

Da q̄s dn̄e deus nr̄. ut sicut tuorū cōmemoratiōe sāctoꝝ bti patrocli martiris tui temporali gratulamur officio. ita ꝑpetuo letemur aspectu. Per. d̄. Scōꝝ fabiai + sebastiai itroit⁹. Intret i cōspectu. Gloria i ex. dicit. orō

Infirmitatē nostram respice omps deus + q: pond⁹ ꝓprie actionis grauat. bti fabiani martiris tui atq; pōtificis intercessio gloriosa nos ꝓtegat. Iste due orationes dicuntur per vnum p dominum. Item de scō sebastiano. Oratio

Deus q̄ beatū sebastianum martirē tuum uirtute constantie i passiōe roborasti: ex eius imitatiōe nobis tribue pro amore tuo prospera mūdi despicere et nulla eius aduersa formidare. Per. Epla. Sci per fidē vicerūt. R Gloriosus de⁹ V. Dextera. Alla. V. Scti tui pla mirabilis. Si sit lxx^{a} dicit. trac Beatus uir qui timet. euāgeliū Descendēs iesus de mōte. Offr. Letamini in Secreta

Hostias tibi dn̄e beati fabiani martiris tui atq; pōtificis dicatas meritis benignus assume et ad perpetuū nobis tribue puenire subsidiū. Al secreta

Accepta sit i cōspectu tuo dn̄e nostra deuotio et eius nobis fiat supplicatione salutaris p cui⁹ solennitate defert. Per. cō. Multitudo languētium. Quere

i cōi plurimoꝝ martirū. p⁹ cō.

Sacro munere saciati supplices te dn̄e deprecamur ut qđ debite seruitutis celebramus officio itercedente beato sebastiano martire tuo saluatōis tue sētiam⁹ augmētū. Per

Ad post cō.

Refecti participatione muneris sacri quesumus dn̄e deus nr̄: ut cui⁹ exequimur cultū sentiam⁹ effectū. Per. Agnetis virginis.

Me expectauerūt peccatores ut perderēt me testimonia tua dn̄e intellexi omnis cōsūmationis vidi finē latum mādatū tuum nimis. ps Beati imaculati in uia qui ābulant in lege dn̄i. Glia i excels dicit. orō

Omp̄s sempiterne deus qui infirma mūdi eligis ut fortia queqȝ cōfundas cōcede ppicius: ut qui btē agnetis martiris tue solēnia colim⁹. ei⁹ apđ te patrocinia sētiam⁹. Per

Ad corinthios. Frēs: De uirgibȝ preceptū dn̄i nō hēo. quere i coi ⱱginū. ℞ Diffusa ē gratia ⱱ Propt̄ ueritatē. Alla.

ⱱ Specie tua ꝛ pulc. psla Hec scā cuius. Si sit tᵣx tractus Dn̄e sēināt i sacris. Euāgeliū. Sile est regnū celoꝝ thesauro. offꝛ.

Offerent. Secreta.

Hostias tibi dn̄e quas tibi offerimus ꝓpici⁹ respice. et intercedente beata agnete martire tua. vicula peccatoꝝ nostroꝝ absolue. Per đ. cō. Quinqȝ prudentes: quere oīa in cō ⱱginū. post cō.

Refecti cibo potuqȝ celesti de⁹ noster te supplices exoramus: ut in cui⁹ hec cōmemoratione ꝑcepimus. eius muniamur et ꝑcib⁹. Per đ. Scī vincētii martiris. Letabit iustus. Glia i ex. orō

Adesto dn̄e supplicationib⁹ nostris ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscim⁹ beati vicentii martiris tui intercessione libēmur. Per

Eodem die vlphi martiris orō

Presta q̄s omp̄s de⁹: ut q̄ btī vlphi martiris tui natalicia colim⁹. itercessione eius i tui nois amore roboremur. Per.

Epl'a Beatus vir q̄ inuenit

sapiam. ℟ Posuisti ℣ Deside
riū. Alla ℣ Bt̄s uir qui suffert.
ꝑsa Hic sanct⁹ cui⁹ Si sit lxx^e.
tractus Desideriū aīe. euāge
Si quis vult. offꝫ Gloria et
honore. Secreta.
Muneribus nostris q̄s
dn̄e precibꝫqꝫ susceptis. et
celestibꝫ nos munda miste
riis ⁊ clemēter exaudi. Per.
Item alia secreta.
Munera nrā dn̄e dica
ta scifica ⁊ intercedēte bea
to vlpho martire tuo ꝑ eaꝺ
nos placatus intēde. Per.
cō. Qui vult q̄re oīa i ꝯi. postcō
Quesumus omp̄s de⁹:
ut qui celestia alimē
ta percepim⁹. intercedente
beato vicētio martire tuo
per hec contra oīa aduersa
muniamur. Per. post cōm.
Da quesum' dn̄e deus
noster: ut sicut tuorū
cōmemoratione sctōꝝ bea
ti martiris tui vlphi tem
porali gratulamur officio
ita ꝑpetuo letemur aspec
tu p. Emerātiane ꝟgīs ⁊ mar.
Deus qui inter orō.
cetera potētie tue mi
racula etiam ī sexu fragili
victoriā martirii cōtulisti:
concede ꝓpicius ut cui⁹ na
talicia colim⁹ ꝑ eius ad te
exēpla gradiamur. Per. se^e
Suscipe munera dn̄
que in beate emeren
ciane uirginis et martiris
tue solennitate deferimus
cui⁹ nos confidim⁹ patro
cinio liberari. Per. post cōm
Auxiliētur nobis dn̄e
sumpta misteria: et
intercedente beata emerē
ciana uirgīe ⁊ martire tua
sempitna ꝓtectione cōfir
mēt. Per. In festo sci saluiniai
Gaudeamus martiris.
omnes in domino diem
festū celebrātes sub honore scti
sauiniani martiris de cui⁹ passi
one gaudent angeli ⁊ collaudēt
filium dei. p̄s Domine in ꝟtute
tua letabitur rex ⁊ super saluta
re tuum exultabit vehementer.
Glīa ī excelsis dicitur. Orō.
Deus cui⁹ caritatis ar
dore beat⁹ sauinian⁹
edaces incendioꝝ flamas
cōtēpto ꝑsecutore deuicit.
concede: ut oēs qui marti
rii eius merita venerātur.
ab etnis gehēne incendiis

liberet. Per. ep̄la Beat⁹ vir qui in sapiā. ℟ Posuisti. Alla ℣ Letabit iust⁹. p̄sa Letabūd⁹. Si sit lxx. Tractus Desideri um aīe. euāgeliū Nemo accē dit lucernā. Credo. offꝛ Glā et honore. Secreta.

Sacrificiū nostrū tibi dn̄e q̄s bti sauiniani mar tiris tui p̄catio scā cōciliet. ut cuius honore solenniter exhibet meritis efficiat ac ceptū. Per. cō. Qui vult venire Post cō.

Supplices te rogamus oīpotēs deus. ut quos donis celesti bus saciasti intercedēte btō sauiniano martire tuo per petua ptectione custodias Per. In querfione scī pauli. it.

Letemur omnes in dn̄o hodiernū diē solenniter celebrantes in quo beat⁹ paul⁹ conuersione sua presentē mūdū decorauit. p̄s. De illustratione sancte predicationis et de quer sione beati pauli. Gloria patri. Gloria ī excelsis. Collecta.

Deus qui uniuersum mundū beati pauli apostoli p̄dicatione docui sti da nobis q̄s: ut qui eius hodie querfionē colimus: per eius ad te exempla gra diamur. Per. Eodem die pie iecti martiris. Oratio.

Martiris tui p̄iecti nos domine quesum⁹ in teruētio gloriosa cōmēdet ut qd̄ nr̄is actibꝫ nō mere mur ei⁹ p̄cibꝫ ꝯsequamur. Per. Lectio actuum apostoloꝝ

In diebus illis. Sau lus adhuc spirās mi naꝝ et cedis in discipulos domini: accessit ad pricipē sacerdotū: et petiit ab eo epi stolas in damascū ad syna gogas. ut si quos īueniret hui⁹ uie uiros ac mulieres victos pduceret ī ih'lm̄ Et cum iter faceret: cōtigit ut appropiquaret damascū. Et subito circunfulsit eum lux de celo: et cadēs ī terrā: audiuit uocē de celo dicen tē sibi. Saule. saule: quid me psequeris? Qui dixit. Quis es dn̄e? Et ille. Ego sum ies⁹ nazarenus. quem tu persequeris? Durū est ti bi ꝯtra stimulū calcitrare. Et tremēs: ac stupēs dixit. Domine qd̄ me vis facē?

Et dñs ad eũ. Surge ⁊ in-
gredẽ ciuitatẽ: et dicet᷑ tibi
q̄d te oporteat facere. Viri
autem illi q̄ ꝯmittabãt᷑ cũ
eo: stabãt stupefacti. audiẽ
tes autẽ uocẽ: neminẽ aũt
uidẽtes. Surrexit autem
saulus de terra: apertisqꝫ
oculis. nichil uidebat. Ad
man⁹ autẽ illũ trahentes:
introduxerũt damascũ Et
erat ibi tribꝫ diebꝫ non ui-
dẽs: ⁊ nõ mãducauit neqꝫ
bibit. Erat aũt quidã disci
pul⁹ damasci noĩe anani-
as. Et dixit ad illum ĩ uisu
dñs. Anania. At ille ait. Ec
ce ego domine. Et domin⁹
ad eum. Surge et uade in
uicũ qui uocatur rectus et
quere in domo iude saulũ
nomine tarsensẽ. Ecce eni
orat. Et uidit uirũ ananiã
nomine introeuntẽ et ipo-
nentẽ sibi manũ ut uisum
recipiat. Respõdit aũt ana
nias Domine audiui a m̄l
tis de uiro hoc quanta ma
la scĩs tuis fecerit ĩ hiꝛl̄m:
et hic habet potestatẽ a pꝛi
cipibꝫ sacerdotũ alligandi
om̄s qui inuocãt nomẽ tu
um. Dixit autẽ ad eũ dñs.
Vade q̄m uas eletionis est
michi iste: ut portet nomẽ
meũ corã gentib⁹ et regib⁹
et filiis israel. Ego eni ostẽ
dam illi quãta oporteat eũ
p nomine meo pati Et abi
it ananias et introiuit ĩ do
mũ: et imponens ei man⁹
dixit. Saule frater: dñs ie-
sus misit me qui apparuit
tibi ĩ uia qua ueniebas ut
uideas: et implearis spiri-
tuscõ Et cõfestim ceciderũt
ab oculis ei⁹ tanq̄ scame:
et uisum recepit. Tũc sur-
gens baptisatus est. Et cũ
accepisset cibum: cõfortat⁹
est. Fuit autẽ cum discipu-
lis qui erant damasci: p di
es aliquot. Et cõtinuo in-
gressus paul⁹ ĩ synagogas
pꝛedicabat iesum q̄m hic ẽ
filius dei. Stupebãt autẽ
om̄s qui eum audiebant ⁊
dicebant. Nõne hic est qui
expugnabat ĩ hiꝛl̄m eos q̄
inuocabant nomen istud.
Et huc ad hoc uenit. ut uic
tos illos duceret ad pꝛinci-
pes sacerdotum? Saulus
autem multomagis con-

ualescebat ꝛ confundebat iudeos qui habitabāt damasci. Affirmans qm̄ hic est xp̄s. ℞ Iustus ut palma. V℈ Ad annūciandū. Quere in coī. Alleluya. V℈ Magnus sanctus paul℈ uas electionis vere digne est glorificandus. prosa Clare sauctorum. Si sit lxx ͤ Tract℈ Beatus vir qui. Secundū mathenm. In illo tēpore. Dixit symō petrus ad ihm̄. Ecce nos reliquimus omnia: ꝛ Quere i coī aplorꝝ. Credo dici offꝛ. Gloria ꝛ honore. Secreta

Apostoli tui pauli precib℈ dn̄e plebi tue dona sāctifica: ut que tibi tuo grata sunt instituto gratiora fiāt patrocinio supplicantis. Prefatio de apostolis cō. Magna est gloria. post cōm.

Sanctificati dn̄e salutari misterio quesum℈. ut p nobis eius nō desit orō. cui℈ nos donasti patrocinio gubernari. p. Preiecti mar.

Suscipe ¶ Secreta domine ꝑpicius orōnē nostrā cū oblationibus hostiarꝝ super impositis et martiris tui ꝑiecti depcatione pietati tue perfice benignus acceptas. ꝛ illā que ī eo flagrauit fortem dilectionē in nobis aspira benignus. Per. Preiecti post cōm

Uotiua dn̄e pro beati martiris tui preiecti passione dona ꝑcipientes. q̄s ut eius ꝑcibus et ꝑsētis nobis uite pariter ꝛ eterne tribuas conferre subsidiū

Agnetis scēndo Oratio.

Deus q̄ nos ānua btē agnetis martiris tui solennitate letificas da q̄sum℈: ut quā ueneramur officio etiā pie cōuersatōis sequamur exēplo. p. Se ͭ

Super has q̄s dn̄e hostias bn̄dictio copiosa descendat. que et sanctificationem nobis clemēter operet. et de martirū nos solēnitate letificet. Per. post cō.

Sumpsimus dn̄e celebritatis annue votiua sacramenta ꝑsta q̄s. ut tēporalis vite nobis remedia prebeant et eterne. Per

In festo scē sauine itroit℈. Dilexisti iusticiā. Gloria in excelsis dicitur. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris nr̄: ut sicut de beate sauine virginis tue festiuitate gaudemus: ita pie deuotōis erudiamur effectu. Per ep̄la Qui gloriat̄ ℟ Dilexisti iusticiā Alla ℣ Diffusa est. p̄sa Hec scā cui⁹ Si sit lxx^{*}. tract⁹ Qui semināt Euangeliū Simile ē regnū celoꝝ decē vgi. offꝫ Offerent

Accepta sit tibi Secre^{*} domine sacre plebis oblatio pro tuoꝝ hōre scōꝝ quoꝝ se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxiliū. Per. cō Diffusa est.

Saciasti dn̄e fa ¶ p⁹ cō. miliam tuam muneribus sacris eius q̄s: semp interuentione nos refoue cuius solennia celebram⁹. Per. In oct^{*} scī sauiniani. sicut i die. nisi sit lxx^{*}. ꝫ Credo nō d̄r Eod̄ die potamii ꝯfessoris orō.

Concede q̄s oipotens de⁹ ut ad meliorē uitā sancti potamii exempla nos prouocent. quatinus cui⁹ solēnia agim⁹. etiā actꝰ imitemur Per Se^{*}

Hostias tibi dn̄e beati potamii confessoris tui dicatas meritis benign⁹ assume: et ad perpetuū nobis tribue prouenire subsidiū Quesum⁹ ¶ Per. post cō

Quesumus domine salutaribus repleti misteriis: ut cuius solennia celebramus eius orōnibus adiuuemur Per Ignatii martiris Oratio

Adesto domine supplicationibus nostris: ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus beati ignatii martiris tui intercessione liberemur. Per

Oblatis dn̄e ¶ Secreta. placare munerib⁹: et intercedēte beato ignatio martire tuo a cunctis nos defende periculis. p. post cō.

Quesumus omipotēs deus: ut qui celestia alimenta percepimus. intercedente btō ignatio martire tuo contra omia aduersa muniamur. Per. Eodem die brigide virginis. Oratio.

Deus qui iter cetera potentie tue miracula etiam in sexu fragili uictoriā martirii ꝯtulisti cōcede

ꝓpicius: ut cuius natalici-
a colimus. ꝑ eius ad te exē
pla gradiamur. Per Secre
Suscipe dn̄e munera q̄
ī beate brigide virgis
⁊ martiris tue solennitate
deferimus. cuius nos cōfi-
dimus. patrocinio libera
ri. Per. Post communio.
Auxiliētur nobis dn̄e
sumpta misteria et
intercedēte beata brigida
virgine ⁊ martire tua sem
pit̄na ꝓtectione cōfirmēt.
Per d̄. In purificatione beate
marie pꝰ t̄tiā. bn̄dictio cādelaꝝ
Deꝰ īenarrabl'is ⁊ coīa
inestimabilis potēti
e cuius vnigenitus cū no-
stre humanitatis substan-
tia hodierna die in templo
a mr̄e est p̄sentatꝰ bn̄ ✠ di
cē et san ✠ ctificare digne-
ris has cādelas in honore
nominis tui delatas ⁊ con
cede: ut per intercessionem
beate dei genitricis ac ꝑpe
tue semperqꝫ virgis marie
quicunqꝫ hec luminaria ꝑ
amore eiusdem filii tui do
mini nostri iesu christi ma
nibꝫ laturi sūt: temporali

pociantur sospitāte: et vbi
cunqꝫ istoꝝ flamma fuerit
accensa imūdorū spirituū
repellat fallatiā: quatinus
obuiā sponso pergētes lā
padaꝝ lumine spleudētes
thalamū supne claritatis
cum eo ingredi et habitare
valeant perhenniter gra-
tulantes. Oratio.
Domine iesu christe q̄
hodierna die in nostre car-
nis substātia inter hoīes
apparēs a parentibꝫ in tē-
plo es presentatus quē sy-
meon venerabilis senex lu
mine spiritꝰ tui irradiatus
agnouit: suscepit. et bn̄ ✠
dixit. p̄sā ꝓpicius: ut eiusd̄
spiritussc̄ti grā illuminati
atqꝫ edocti te ueraciter ag
noscamus et fideliter dili
gamus Qui cū deo patre
in vnitate eiusdē spiritus
sc̄i viuis et regnas deꝰ per
omnia secula seculoꝝ amē
Tunc aspergant̄ cerei vel can
dele aqua benedcā ⁊ dū īcēdūt̄
incipiant̄ hec antⁿ. Lumen ad
reuelationem gentium ⁊ gloriā
plebis tue israel. p̄s Nūc dimit
tis. Itē ā. Lumē. p̄s Omnia vide

runt. Itē. ā Lumē. ps Quod pa rasti. Itē ā. Lumē. ps Gl'ia pat Itē. ā Lumē. ps Sicut erat ⁊c. ā. Lumen ad reuel. Dum distri buunt cerei cantātur hec ant. Aue grā plena dei genitrix vgo ex te enī ortus est sol iusticie illu minans que in tenebris sunt le tare tu senior iuste suscipiens in vlnas saluatorem animarū no strarū donantē nobis et resur= rectionem. Añt Adorna thala= mū tuum syon et suscipe regem christū amplectere mariam que est celestis porta ipa enī portat regem glorie nouo luīe subsistit virgo adducēs in manibꝫ filiū ante luciferū quem accipiēs sy= meon ī vlnas suas pdicauit po pulis dominum deum ipm esse vite ⁊ mortis ⁊ saluatorē mūdi alia añ. Responsū accepit syme on a spūscō nō visurū se mortē nisi videret xpm dñi et cū indu ceret puerum iesū in templum accepit eū in vlnas suas ⁊ bñ= dixit deum ⁊ dixit nunc dimitte domine seruum tuū in pace. a. Hodie beata vgo maria puerū iesū presentauit in templo et sy meon replet⁹ spiritu scō accepit eum in vlnas suas et benedixit deū et dixit nunc dimittis dñe seruū tuū in pace. Postea dr ℟ Gaude maria vgo cūctas here ses sola interemisti que gabrie lis archangeli dictis credidisti. Dū virgo deū ⁊ hominē genuisti ⁊ post partū virgo inuiolata per mansisti. ℣ Gabrielem archan gelum scimus diuinitus te esse affatū vterū tuū de spiritu scō credim⁹ impregnatū erubescat iudeus infelix qui dixit xpm ex ioseph semine esse natum. Dū virgo. Gl'ia patri. Prosa

Inuiolata integra ⁊ casta es maria Que es effecta fulgida celi porta. O mater al= ma xpi carissima. Suscipe pia laudum precamina. Nostra ut pura pectora sit ⁊ corpora Que nunc flagitant deuota corda et ora. Tu da per precata dulcisso na. Nobis cōcedas veniā p scla O benigna. O benigna. O be= nigna. Que sola iuiolata pmā sisti. ℣ Responsum accepit syme on a spiritu scō. ℟ Non visurū se mortem nisi videret xpm dñi Orō. Omps sempiterne. Quere post ¶ In die purifica tionis beate marie. Introitus.

Suscepimus deꝰ
miam tuam iu
medio tēpli tui
secundū nomē
tuum deus ita ⁊ laus tua ī fines
terre iusticia pleua est dextera
tua. ps. Magnus dn̄s et lauda
bilis nimis: ī ciuitate dei nostri
ī mōte scō eiꝰ. Glia ī ex. Collā
Omp̄s sempiterne deꝰ
maiestatē tuā suppli
ces exoramus ut sicut vni-
genitus filiꝰ tuus hodier-
na die cū nostre carnis sub
stantia ī templo est p̄senta
tꝰ: ita nos facias purifica-
tis tibi mētibus p̄sentari.
Per eund̄. Lcō malachie pphē
Hec dicit dn̄s deus. Ec
ce ego mitto angelū
meum: qui preparabit viā
ante faciē meam. Et stati
veniet ad templū scm̄ suū
dominator quē vos queri
tis: et angelus testamenti
quem uos vultis. Ecce ve-
nit: dicit dn̄s excercituum:
Et q̄s poterit cogitare diē
aduentus eiꝰ? Et quis sta-
bit ad videudū eum? Jpe
enim quasi ignis cōflans:
et quasi herba fullonū. Et
sedebit ꝯflans ⁊ emundās
argentū: ⁊ purgabit filios
leui. Et cōflabit eos quasi
aurum et quasi argentū: ⁊
erunt domino offerētes sa
crificia ī iustitia. Et place-
bit dn̄o sacrificium iuda ⁊
hiesuralē: sicut dies seculi
⁊ sicut anni antiqui. Dicit
dominus omnipotens. ℟.
Suscepimus deus miām tuam
in medio templi tui secundum
nomē tuū domine ita ⁊ laus tu
a in fines terre. ℣ Sicut audiui
mus ita ⁊ vidimus ī ciuitate dei
nostri. Alleluya ℣ Adorabo ad
templum sanctum tuū et confi
tebor nomini tuo. psa Letabū-
dus. Si sit lxxͤ tractus.
Gaude maria v̄go cūctas
hereses sola intēmisti. ℣ Que
gabrielis archangeli dictis cre-
didisti. ℣ Dum virgo deum et
hominem genuisti ⁊ post partū
v̄go inuiolata permansisti. ℣
Dei genitrix intercede p̄ nobis
In illo- ¶ Scdm̄ lucam.
tempore. Postq̄ iple
ti sūt dies purgatōis mari
e secundum legem moysi:
tulerunt iesū ī hiesuralē. ut
sisterēt eū dn̄o sicut scrip-

tum est in lege dñi. Quia omne masculum adaperiens vuluã: scm̃ dño vocabitur. Et ut darent hostiam secũdum quod dictũ est in lege domini par turturum aut duos pullos columbarũ. Et ecce homo erat in hierusalẽ cui nomẽ symeon: & hõ iste iustus et timoratus expectãs cõsolationẽ israel: & spiritussanctus erat i eo. Et responsũ acceperat a spũ scõ non visurũ se mortẽ: nisi prius videret christũ dñi Et venit in spũ in templũ: Et cum inducerent puerũ iesum parentes eius: ut facerent scdm̃ consuetudinẽ legis pro eo. et ipse accepit eum in vlnas suas: et benedixit deũ et dixit. Nunc dimittis seruũ tuũ dñe: secundũ verbũ tuũ in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuũ: qd̃ parasti. ante faciem omniũ populorum. Lumen ad reuelationem gentium: et gloriã plebis tue israel. Credo. Offer. Diffusa est gracia in labiis tuis propterea benedixit te deus ineternum et in sclm̃ scli. Secreta.

Exaudi dñe pces nr̃as & vt digna sit munera q̃ oculis tue maiestatis offerim⁹ subsidium nobis tue pietatis impende. Per Prefacio. Quia p icarnati. Cõ. Responsũ accepit symeon a spiritusc̃o nõ visurũ se mortẽ nisi videret xp̃m dñi. Post cõm

Quesum⁹ dñe de⁹ noster: ut sacro sctã misteria que p repationis nostre munimine contulisti. intercedente btã sẽper virgie maria. & presens nobis remediũ esse facias & futurũ. Per d. Blasii martiris Int. Letabit. Glã i excel. Oratio

Sancti blasii martiris tui atq₃ põtificis q̃s dñe nos orõ scã viuificet. q̃ sacris virtutib₃ venerãda refulget. p. Epl̃a Bt̃s vir q̃ inuenit sapiãm. ℟ Posuisti dñe ℣ Desideriũ Allã ℣ Beat⁹ vir. Prosa. Hic sanctus cuius. Si sit lxx^x. Tract⁹ Desideriũ. Euangelium Si quis vult post me uenire. Offertorium Gloria et honore coronasti eum Secreta

Sicut munera abel domine vultu placido respexisti: ita q̄s hec sacrificia sint tibi placabilia: ut bti blasii martiris tui atqz pontificis digne pagam⁹ votiua solēnia. Per. Cōm. Qui vult venire. Quere oīa su pradicta i cōi vni⁹ mart. p⁹ cō

Presta q̄s omp̄s de⁹ ut sicut dedisti manna in deserto i gratis ⁊ electis ita p̄cibus bti blasii martiris tui atqz pōtificis tribuas acquisitis cibū sempiṫne salutis. Per d. Auentini cōfes. Introit Os iusti. Glā i ex

Adesto dn̄e p̄cibz. Orō nr̄is q̄s in sc̄i cōfessoris tui auētini solennitate deferim⁹. ut q̄ nostre iusticie fiduciā nō habem⁹. ei⁹ q̄ tibi placuit p̄cibz adiuuemur. Per d. Epl'a. Iustū deduxit dn̄s per vias rectas. R̷ Domine preuenisti. V̷ Vitā peciit. Allā V̷ Iustus germinabit. Prosa. Hic sc̄us cui⁹. Si sit lxx. Tract⁹. Desideriū. Euā. Vigilate q: nesci. Offr. Ve

Laudi tue ritas. Se. dn̄e hostias immolamus. in tuoz commemoratione scōz: quibus ⁊ presentibus erui maculis cōfidimus ⁊ futuris. Per d. Cōm Beatus seruus Quere omnia supradcā i cōi vni⁹ cōfes. p⁹ cō

Quesumus domine salutaribus repleti misteriis: ut cui⁹ solennia colimus. eius orationibz adiuuemur. Per. Agathe virgis Int. Gaudeamus omnes i dn̄o diem festum celebrantes ⁊ c̄. Gloria in excelsis. Oratio.

Deus qui inter cetera potētie tue miracl'a eciā i sexu fragili victoriā martirii cōtulisti. concede ppicius. ut cui⁹ natalicia colimus: per eius ad te exēpla gradiamur. Per. Epl'a Confitebor tibi dn̄e rex. R̷. Adiuuabit eā. V̷ Flumis. Allā. V̷. Diffusa ē Prosa Hec sc̄a cui⁹ Si sit lxx. Tractus Qui seminant in la. Euangeliū Simile est regnum celoz decem virginibz. Offr. Offerentur regi Secreta

Suscipe munera domine que in beate agathe martiris tue solen

nitate deferimus. cui⁹ nos confidim⁹ patrocinio liberari. p. Cō. Qui me dignat⁹ est ab oī plaga curare et mamillas meas pectori meo restituē ipsum inuoco deum viuū. Post communio

Auxilientur nobis dñe sūpta misteria ꝛ intercedēte btā agatha martire tua sēpiterna ꝓtectione cōfirmēt. per

Vedasti ꝛ amādi epoꝝ. Oratio

Presta qs dñe vt q scōrū cōfessoꝝ tuoꝝ pariterqꝫ pōtificū vedasti et amādi natalicia venerāda nō deserunt: ita iugiter suffragiis cōmittēr. p. Se

Suscipe dñe pces ꝛ munera. q ut tuo digna sint ꝯspectui: scōꝝ tuoꝝ precibꝫ adiuuemur. per. P⁹cō.

Corporis sacri ꝛ pciosi sāguis repleti libaīe qs dñe de⁹ nr̄: ut qd pia deuotōe gerim⁹. certa redēptione capiam⁹. per. Itē in otī. beate marie fiat p oia sicut i die. Scolastice vgis Orō

Familiam tuam quesum⁹ domine beate virginis tue scolastice meritis propocius respice: ut sicut ad ipsius preces ad obtinēdum quod cupiuit ymbrem celitus descendere fecisti: ita eius supplicationibꝫ ariditatem nostri cordis superne digneris rore perfundere. Per Secre

Suscipe quesumus domine ob honorē scte virginis tue scolastice munus oblatum: ut quod nostris assequi meritis nō ualemus: eiusdem suffragantibus meritis largire ppicius. per. Post communio

Deus qui beate uirginis tue scolastice. animā ad ostendēdam uiam innocencie i columbe specie celum penetrare fecisti: cōcede nobis ipsi⁹ meritis ita innocēter uiuere. ut ad eadem mereamur gaudia puenire. Per. dominum nostrū. Eulalie virginis. Orō

Indulgentiam tuam nobis domine btā eulalia virgo imploret: q t grata semper extitit. et merito castitatis. et tue professione virtutis. Per. Secreta.

Hostias dñe quas tibi offerim⁹ ppicius res pice et intercedente btã eulalia virgie tua vicula peccatoꝝ nroꝝ absolue. P. Pᵒcõ

Repleti cibo potuqꝫ celesti deus noster te supplices exoramus: ut i cui⁹ hec cõmemoratione pcepimus ei⁹ muniamur et precibꝫ. Per d. Valẽtini martiris. Introitus. In virtute tua letabitur rex. Oratio.

Presta quesumus omipotens deus: ut qui beati valẽtini martiris tui natalicia colim⁹: a cunctis malis iminentibꝫ ei⁹ intercessione liberemur. Per. Epistola Beatus vir qui inuẽtus est sine macula. ℟ Beatus vir qui timet. ℣ Potens in terra. Tractus. Desideriũ aie. Euãgeliũ. Si quis vult venire. Offꝫ In virtute. Secre.

Oblatis domine placare muneribꝫ ⁊ intercedente btõ valẽtino martire tuo a cũctis nos defẽde periculis. Per. Cõ. Magna ẽ. Require oĩa supradcã ĩ cõi vni⁹ martiris. Post communio.

Sit nobis dñe reparatio mẽtis et corporis celeste remediũ: ut cui⁹ exequimur actionem: sentiamus effectũ. Per. Faustini et ionite martirum. Oratio.

Deus qui nos cõcedis scõꝝ martirũ tuorũ faustini et ionite natalicia colere: da nobis in eterna beatitudie de eoꝝ societate gaudere. Per Secreta

Super has qs dñe hostias benedictio copiosa descendat. que et sanctificationẽ nobis clementer operet: et de martirꝫ solẽnitate nos letificet. Per. Pᵒcõ

Presta nobis qs dñe: intercedentibꝫ sctis tuis faustino et ionita: ut que ore contingim⁹. pura mente capiam⁹. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Iuliane virginis. Oratio

Omnipotens sempiterne deus: qui ifirma mundi eligis. ut fortia queqꝫ cõfundas. da nobis in festiuitate btẽ martiris tue iuliane congrua deuo

tione gaudere.ut et poten-
tiam tuam in eius solenni
tate laudem⁹: ⁊ puisũ no-
bis percipiam⁹ auxiliũ .p.
In sctẽ martiris Se^{c.}
tue iuliane passione
preciosa te dñe mirabilem
pdicãtes : munera uotiua
deferimus:pr̃a q̃s:ut sicut
grata sunt tibi merita . sic
nr̃e seruitutis accepta red-
dantur officia.Per.Post cõ
Libentes mẽse tue do-
mine beata misteria
quesumus.ut sancte iulia
ne martiris tue interuenti
onib₃ presentem nobis mi
sericordiã conferant ⁊ eter
nam.Per. In cathedra sci pet
Introitus. Statuit ei.Gl'a i ex
Deus qui beato Orõ
petro apostolo tuo
collatis clauib⁹ regni cele-
stis ligãdi atq₃ soluẽdi põ
tificũ tradidisti:ꝯcede.ut it
cessionis eius auxilio:a pec
catoꝝ nostrorum nexib₃ li-
beremur . Qui viuis et re-
gnas de⁹. Lcõ e.b.p. apostoli.
Petrus apostolus iesu
christi electis aduenis
dispersionis põti galathie

capadocie. asie . ⁊ bithinie
scđm pscientiã dei patris
ĩ sanctificatõem spiritus:
in obedientia ⁊ aspertione
sanguinis iesu christi .grã
vobis ⁊ pax multiplicetur
Benedictus deus et pater
domini nostri iesu christi q̃
secundum magnam mise
ricordiam suam regenera
uit nos in spem vite.et re-
surrectionẽ iesu xpi ex mor
tuis.ĩ hẽditatẽ icorruptibi
lem et incontaminatam :
et immarcessibilem cõser
uatam in celis:ĩ uobis qui
in virtute dei custodimini
per fidẽ ĩ salutem paratã
reuelari ĩ tpe nouissĩo. In
quo exultabitis modicum
nunc si oportet.cõtristari ĩ
variis tẽptatõib₃ . vt pba
tio fidei vestre multo pcio
sior sit auro qđ per ignem
pbat̃:inueniat̃ ĩ laudem ⁊
glãm et hõrem ĩ reuelati
onem iesu christi dñi nr̃i ℟
Exultẽt eum in ecclesia plebis
et in cathedra seniorũ laudent
eũ.℣ Cõfiteant̃ domino mise
ricordie eius et mirabilia eius
filiis hominum. Tractus

Tu es petrus et super hãc petram edificabo ecclesiam meã. V Et porte inferi non preualebunt aduersus eam. V Et t dabo claues regni celoꝝ. V Quodcunqȝ ligaueris super terram erit ligatum et in celis V Et quodcũqȝ solueris super terram erit solutum et in celis.

Secundum matheum. In illo tempore: Venit iesus in partes cesaree philippi: et interrogauit discipulos suos dicẽs. Quẽ dicunt homines esse filiũ hominis? At illi dixerũt. Alii iohẽm baptistã. alii aũt heliam. alii vero hieremiam. aut vnũ ex ꝓphetis. Dixit illis ies9. Vos aũt quẽ me esse dicitis? Respondẽs autẽ symon petrus: dixit. Tu es christus filius dei viui. Respõdẽs autẽ ies9: dixit ei Beat9 es symon bariona quia caro et sanguis nõ reuelauit tibi sed pater me9 qui est in celis. Et ego dico t quia tu es petrus. ⁊ super hanc petram edificabo ecclesiam meã. Et porte iferi non preualebunt aduers9 eam. Et tibi dabo claues regni celoꝝ. Et quodcũqȝ ligaueris. super terrã: erit ligatũ et in celis. Et quodcũqȝ solueris super terrã: erit solutũ et i celis. Credo Offꝛ. Constitues eos. Secre.

Ecclesie tue quesum9 domine preces et hostias beati petri apostoli tui commendet oratio: ut qd pro illi9 gloria celebram9: nobis ꝓsit ad veniã. Per. Prefatio de apostolis. Cõ. Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meã. P9cõ

Letificet nos domine mun9 oblatũ ut sicut in apostolo tuo petro te mirabilem predicamus: sic ꝑ illum sumamus tue indulgẽcie largitatẽ. P. Mathie apl'i Introitus. In omẽ terram Gloria in excelsis dicit. Oratio

Deus qui beatum mathiam apꝉoꝝũ tuoꝝũ collegio sociasti. tribue qs: ut ei9 interuentione tue circa nos pietatis semꝑ viscera senciamus. Per domi.

Lcõ. e. b. pa. apl'i ad co. Frẽs. Benedictus de9

et pater dñi nostri iesu christi. pater misericordiarũ: et deus tocius consolationis qui consolatur nos in oĩ tribulatione nostra. Ut possi⁹ et ipsi cõsolari eos q̃ ĩ oĩ pssura sũt: p exhortatione quã exhortamur et ipsi a deo. Qm̃ sicut abũdãt passiones christi in nobis: ita et per christũ abũdat cõsolatio nr̃a. Siue autẽ tribulamur p ur̃a exhortatione et salute: siue exhortamur p ur̃a exhortatione q̃ operat ĩtollerãtiã earũdẽ passionũ quas et nos patimur: et spes urã firma sit in uobis. Sciẽtes qm̃ sicut socii estis passionũ. sic eritis et consolatiõis. In christo iesu dño nostro. ℟ Non sũt loq̃le. ℣ Celi enarrãt gloriã. tractus Beatus vir. euange. Ego sũ vitis vera et pat me⁹ agricola ẽ. Credo dr. offr̃ Michi autẽ. Se.

Deus qui pditoris apostate ruinã. ne apostolor̃ tuor̃ numer⁹ sacrat⁹ pfectione careret. beati mathie electione supplesti: presẽtia munera scifica. et per ea nos grẽ tue virtute confirma. Per. pfacio de apls. cõ Ego uos ele. oĩa supradcã q̃re

Presta q̃s ops et misericors de⁹. ut p hec scã que sũpsimus ĩteruenĩete btõ mathia aplo tuo ueniã cõsequamur et pacẽ. Per. Sci victoris cõfessoris. Introit⁹ Os iusti Gloria in excelsis dicit. oratio.

Aures pietatis tue q̃s dñe precib3 nr̃is ĩclina. ut q̃ pctõr̃ nrõr̃ flagellis percutimur ĩtercedente beato victore cõfessore tuo miserationis tue grã libẽmur. Per. epl̃a Iustũ deduxit dñs. ℟ Domine pueniſti. ℣ Vitã. tractus Desideriũ aie. euãgeliũ Videte vigilate et orate. Nesci. offr̃ Veri

Raudi tue ho tas. Sectias ĩmolam⁹ ĩ tuor̃ commemoratione scõr̃ quib3 et nos et psentib3 erui malis cõfidim⁹ et futuris. Per do. cõ Fidelis seru⁹. post cõ.

Repleti cibo potuq3 celesti de⁹ noster supplices exoram⁹. ut ĩ cui⁹ cõmẽoratõe

percepim⁹ ei⁹ muniamur ꝛ precibꝫ. Per. Oia supradcā quere in cōi vnius confessoris

Albini confessoris. Oratio.

Deus qui nos ad predicandū te conscientie nr̄e perspicis non sufficere facultatem: albinum confessorem tuum fac pro nobis orare quod digne possis audire. Per d. Secreta.

Suscipe domine p̄ces ꝛ munera que ut tuo digna sint cōspectui sāctorum tuorū precibꝫ adiuuemur. Per. Post communio.

Presta q̄s omp̄s deus ut de pceptis muneribus grās exhibentes: intercedente beato albino ꝯfessore tuo atqꝫ pontifice. beneficia potiora sumam⁹ Per. In translatione sancti sauiniani martiris. Oratio.

Assit nobis q̄s dn̄e btī sauiniani martiris tui in tua glorificatione benedictio cui⁹ nobis facta sit suffragium in tua virtute confessio. Per. Secreta

Accipe quesumus domīe munera dignāter oblata et beati sauiniani suffragantibus meritis ad nostre salutis auxilium peruenire cōcede. Per. P⁹cō

Sacro munere saciati supplices te domine deprecamur: ut quod debite seruitutis celebram⁹ officio. intercedente beato sauiniano martire tuo saluatōis sētiam⁹ augmētū. P. Perpetue et felicitatis Orō

Da nobis domine de⁹ noster sanctarū martirū palmas incessabili deuotione venerari: ut quas digna mente non possum⁹ celebrare. humilibus saltē frequētemus obsequiis. P

Intēde domine Se munera q̄s altaribꝫ tuis pro scārum tuarū felicitatis et perpetue commemoratōe deposita: vt sicut per hec beata misteria illis gloriā cōtulisti: ita nobis indulgētiā largiaris p

Presta nobis dn̄e P⁹cō q̄s intercedentibꝫ sanctis tuis: ut q̄ ore ꝯtigim⁹ pura meute capiamus. Per do.

Gregorii pape ꝛ ꝯfes. Introit⁹
In medio ecclesie ape. vł istud.
Sacerdotes tui. Glia ī ex. orō.
De⁹ qui aīe famuli tui gregorii eterne beatitudinis p̄mia contulisti. concede propicius: ut qui peccatorū nostroꝝ pondere p̄mimur eius apud te precibus subleuemur. Per
Epistola Ecce sacerdos magn⁹. ℟ Iurauit dñs ℣. Dixit dominus. Tractus.
Ecce vir prudens q̄ edificauit domum suam supra firmam petram. ℣ In cuius ore non est inuentus dolus quia deus eum sibi elegit ī sacerdotem ℣ Iste est qui non preposuit tēporalem leticiam sed pugnauit cū antiquo serpente viriliter ℣ modo coronatur et perfruitur palma quia fideliter vicit ī mādatis dñi. Euāge. Hō quidā nobilis. Credo in vnū. offeꝛ. Veritas Secreta.
Annue nobis dñe iter cedente beato gregorio pontifice hec nobis prosit oblatio quam immolādo totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per dñm.

cō Fidelis Quere oīa supradcā ī cōi vnius cōfessoris. post cōm.
Deus qui beatum gregoriū pōtificē sctōꝝ tuorum meritis coequasti cōcede ꝑpicius. ut qui commemorationis ei⁹ festa ꝑcolimus: vite quoqȝ imitemur exēpla. Per dominū
Scti bñdicti abbatis. Introit⁹
Os iusti. Glia in excel. Oratio
⁊ dixit ei. Dñe tu oīa scis tu scis qꝛ amo te: dixit ei iesus. Pasce oues meas: Amē amē dico tibi: cū esses iunior cingebas te: ⁊ ambulabas vbi volebas. Cum autem senueris extendes manus tuas: et aliꝰ te cinget et ducet quo tu non vis. Hoc aūt dixit significās qua morte clarificaturus esset deum. Offr. Michi autē. Secreta.

Munus populi tui q̄s dñe apostolica intercessione sanctifica: nos qꝫ a peccatorum nostroꝝ maculis emunda. Per. Cō. Symon iohannis diligis me plus his domine tu omnia nosti tu scis domine quia amo te. Pꝰcō.

Quos celesti domine alimento saciasti apostolicis intercessionibꝫ ab omni aduersitate custodi. Per dñm. In die ad missam.

Nunc scio vere qꝛ misit dñs angelum suum ⁊ eripuit me de manu herodis ⁊ de omni expectatione plebis iudeorum. ps Et petrus ad se reuersus dixit. Gloria in excelsis deo dicitur. Oratio.

Deus qui hodiernam diem apostolorum tuorum petri et pauli martirio consecrasti: da ecclesie tue eorum in omibꝫ seq̄ preceptum per quos religionis sumpsit exordiū. Per.

Lectio epistole beati petri apostoli.

Karissimi: Magis satagite. vt per bonam operā certam vestram vocationē et electionē faciatis. Hec eī facientes. non peccabitis aliquando. Sic enim abūdanter ministrabit' vobis introitus ineternū regnū dñi nostri: ⁊ saluatoris iesu christi. Propter quod incipiam vos semper commonere de his. Et quidem scientes et confirmatos vos in presenti veritate. Iustū autem arbitror quandiu sum in hoc tabernaculo: suscitare vos in commotionem. Certus sum enim quod velox est depositio tabernaculi mei:

secundum quod et dominus noster iesus christus significauit michi. Dabo autem operam et frequenter habere vos post obitum meum: vt horum memoriam faciatis. In christo iesu domino nostro. ℟ Constitues eos principes super omnem terram memores erunt nominis tui domine. ℣ Pro patribus tuis nati sunt tibi filii propterea populi confitebuntur tibi. Alla. ℣ Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Prosa Clare sanctorum.

Secundum matheum.

In illo tempore venit iesus in partes cesaree philippi: et interrogabat discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt. Alii iohannem baptistam. Alii autem helyam. Alii vero hieremiam. aut vnum ex prophetis. Dixit illis iesus. Vos autem quem me esse dicitis? Respondens symon petrus dixit. Tu es christus filius dei viui. Respondens autem iesus. dixit ei Beatus es symon bariona. quia caro et sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui in celis est. Et ego dico tibi quia tu es petrus: et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Et porte inferi non preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celorum. Et quodcunque ligaueris super terram: erit ligatum et in celis. Et quodcunque solueris super terram: erit solutum et in celis. Credo. Offertorium. Constitues eos principes super omnem terram memores erunt nominis tui domine in omni progenie et generatione. Secreta.

Hostias domine quas nomini tuo sacrandas offerimus apostolica prosequatur oratio. per quam nos expiari tribuis et deffendi. Per. Prefacio Te domine suppliciter. Communio Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Postcommunio

Quos celesti domine alimento saciasti: apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi. Per

In commemoratione sancti pauli Introitus

Scio cui credidi et certus sum quia potens est depositum

meum seruare in illū diem .ps.
Domine probasti me et cogno
uisti me tu cognouisti sessionē
meam et resurrectionem meā.
Gloria in excelsis. Oratio
Deus qui multitudinē
gentiū beati pauli a-
postoli predicatione docui
sti: da nobis quesumus. ut
cuius natalicia colim⁹: ei⁹
apō te patrocinia sēciam⁹
Per. ¶ Ad tymotheum
Karissime. Noli erubes-
cere testimoniū dn̄i nostri
iesu christi neq; me vinctū
eius: sed conlabora i euan-
gelio scdm virtutē dei. qui
nos liberauit ⁊ vocauit ex
vocatione sua. Non scdm
opera nostra: sed secundū
propositum suū et gratiā
que data est nobis in chri-
sto iesu ante tempora secu-
laria: manifestata est autē
nunc p illuminationē sal-
uatoris nr̄i iesu xpi. Qui
destruxit quidem mortem
illuminauit autem vitam
et incorruptionē per euan-
gelium in quo positus sū
ego predicator et aplus. et
magister gentium. Ob q̄
causam etiam hec patior:
sed non confundar. Scio
enim cui credidi: et certus
sum quia potens est depo-
tum meum seruare in illū
diem. Testificor corā deo
et christo iesu qui iudicatu-
rus es viuos et mortuos.
et aduentū ipsi⁹: et regnū
eius. predica verbum insta
oportune iportune argue.
obsecra. increpa i omī pa-
cientia et doctrina. Erit eī
tempus cū sanā doctrinā
non sustinebūt: sed ad sua
desideria coacervabūt sibi
magistros prurientes au-
ribus. Et a veritate quidē
auditū auertent: ad fabu-
las autem conuertentur.
Tu vero vigila: in oīb; la-
bora. opus fac euāgeliste:
ministerium tuum imple
sobrius esto. Ego enī iā de-
libor. et tempus mee reso-
lutionis instat. Bonū cer-
tamen certaui. cursū ɔsū-
maui: fidē seruaui. In reli-
quo reposita est michi coro-
na iusticie: q̄ reddet michi
domin⁹ in illa die iust⁹ iu-
dex. Nō solū autem michi:

sed ⁊ his qui dilgunt: aduē-
tum eius. ℞ Qui operatus ē
petro in apostolatū operatus ē
michi inter gentes et cognoue-
runt gloriam dei que data est
michi. ℣ Gracia dei in me vacu-
a non fuit sed gracia eius semp
in me manet. Allā. ℣ Magnus
sanctus paulus vas electionis
vere digne ē glorificandus pro
sa. Clare scōꝝ. Scdm matheū

In illo tempore: Dixit
symon petr⁹ ad iesū.
Ecce nos reliquim⁹ omia.
et secuti sumus te. Quid
ergo erit nobis? Jesus au-
tem dixit illis. Amen dico
vobis: quod vos qui secuti
estis me in regeneratione
cum sederit fili⁹ hominis
in sede maiestatis sue. sede-
bitis ⁊ vos super sedes iu-
dicātes duodecim tribus
israel. Et omīs qui reliq̄rit
domū. vel fratres aut soro-
res. aut patrē aut matrem
aut vxorem. aut filios aut
agros propter nomē meū
centuplū accipiet: et vitā
eternā possidebit. Credo.
Offꝛ. Michi autē. Se⁹.
Ecclesie tue q̄s domine
preces et hostias apl̄ica cō-
mendet orō: vt qd̄ pro illo-
rū gloria celebramus. no-
bis prosit ad veniā. Per d̄.
Prefacio de aplīs. Cō. Vos qui
secuti estis. Postcommunio.

Perceptis domine sa-
cramētis beato pau-
lo apostolo interueniente
depcamur. vt que pro illi⁹
celebrata sūt gloria nobis
proficiant ad medelam. P.

In oct scī iohannis bapti-
ste fiat per omnia sicut in die.
Quotiens p oct missa celebra-
tur de apostolis, totiēs dicitur
sequentia. Gloria in excelsis et
credo. Theobaldi cōfes. Orō

Voces nrās q̄s dn̄e cle-
menter exaudi. et bti
theobaldi cōfessoris tui in-
tercessio sit semper apud te
accepta p nobis. Per. Se⁹

Munera tibi q̄s dicata
sanctifica. et interce-
dente beato theobaldo cō-
fessore tuo p eadē nos pla-
catus intende. Per. P⁹cōm

Ut nobis dn̄e tua sacri-
ficia dent salutē. bt̄s
theobaldus confessor tuus
q̄s precator accedat. Per.

¶ Processi et martiniani. Int. Iudicabūt scī. ps Exultate. orō

Deus qui nos scōꝝ tuorū processi et martiniani confessionibꝫ gloriosis circundas et protegis: da nobis et eoꝝ imitatiōe pficere ⁊ intercessione gaudere. Per. Epl'a Expectatio iustorū. ℟ Exultabūt scti. ℣ Cantate. Allā ℣ Vindica dñe Euāgeliū Descēdēs iesus de monte. Offꝫ Gloriabunt in te. Secreta.

Suscipe dñe preces et munera que vt tuo sint digna conspectui sanctoꝝ tuorū precibus adiuuemur. Per. Cō Aīa nostra. Quē oīa supradicta in cōmuni plurimorum martirum. Postcōmunio.

Corporis sacri ⁊ preciosi sāguis repleti libamīe quesumus dñe de⁹ nr̄: ut quod pia deuotione gerimus certa redemptione capiamus. Per. ¶ Per oct. apostolorū ad missā. Introitus. In omnem terram. Oratio Deus qui hodierna. Epl'a. Iam non estis hospites. ℟ Non sunt loquele. Allā. ℣ Non vos me elegistis. Proia Clare sanctoꝝ. Euangelium. Gaudete et exulta. Credo. Offꝫ. Constitues. Prefatio de aplis. Cō Beati mundo corde. Quē oīa supradicta in cōi apostoloꝝ

¶ In trāslatione scī thome. orō

Protegat nos dñe sepius beati thome apl'i repetita solēnitas: vt cui⁹ patrocinia sine intermissione recolim⁹: perpetua defēsione sentiam⁹. Per. Se̅

Indulgētiā nobis prebeant hec munera quesum⁹ dñe largiorē que venerandis scī thome suffragiis offerūt. Per. Postcō

Adiuuet familiā tuā tibi dñe supplicandus thomas apl'us ⁊ pius interuētor efficiat: qui tui nominis extitit predicator Per. ¶ In trāslatione scī martini. Int. Statuit ei dñs. Orō.

Deus q̄ sanctā nobis hui⁹ diei solēnitatē in hōre scti martini cōfessoris tui atqꝫ pōtificis consecrasti: adesto familie tue p̄cibus ⁊ da vt cuius hodierna die translationem cele-

bzamus.eius merito et auxilio subleuemur.p. Epla.
Ecce sacerdos. ℟ Iurauit dominus. Allã ℣ Hic martinus.
Prosa. Hic scũs cuius. Euãge.
Homo quidã peregre Offr.
Veritas mea. Secreta.

Beati martini cõfessoris tui dñe nobis pia nõ desit oratio. que et munera nostra clementer conciliet. et tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per. Cõ. Beatus seruus p⁹cõ

Protege domine propicius dextera misericordie tue populum tota ł deuotione subiectum: intueniẽte beato martino cõfessore tuo ad eternã vitã peruenire concede. Per d.

¶ In oct aplorꝫ ad missã. Int.
In omnẽ terram. Oratio.

Deus cui⁹ dextera beatum petrũ ambulãtem in fluctibꝫ ne mergẽ erexit: et coapostolum eius paulum tercio naufragantem de profundo pelagi liberauit: exaudi nos ꝓpici⁹ et concede: vt amborũ meritis eternitatis gloriã cõsequamur. Per. Ad galathas

Fratres: Deus ꝑsonã hominis non accipit Michi autem qui videbãt esse aliquid nichil ꝯtulerũt sed econtra cum vidissent quod creditũ est michil euãgeliũ ꝑpucii. sicut et petro circũcisionis Qui eni opatus est petro in apostolatũ circuncisionis: operatus ẽ ꝛ michi inter gentes. Et cũ cognouissent graciam que data est michi: iacobꝫ et cephas et iohannes qui videbantur columpne esse: dextrã dederunt michi. et barnabe societatis vt nos in gentes: ipsi autem in circũcisionẽ tantũ vt pauperũ memores essemus. Quod etiã solicitus fui. hoc ipsũ facere. In christo iesu: dño nostro. ℟ Non sũt loque. Allã ℣ Non vos me elegistis. Prosa
Clare scõꝝ. Scdm matheum.

In illo tempore: Iussit iesus discipulos suos ascẽdere in nauiculam: et precedẽ eum transfretũ: donec dimitteret turbas. Et dimissa turba: ascẽdit

in monté solus orare. Uespere autem facto: solus erat ibi. Nauicula autem in medio mari: iactabať fluctibz. Erat enim ventus cõtrarius. Quarta aũt vigilia noctis venit ad eos ãbulans supra mare. Et videntes eũ supra mare ambulantem: turbati sunt dicentes quia fantasma est. Et pre timore clamauerũt Statimqz iesus: locutus est eis dicens. Habete fiduciam. Ego sũ. Nolite timere. Respondens auté petrꝰ dixit. Domine si tu es: iube me venire ad te sup aquas Et ecce ait. Ueni. Et descédens petrus de nauicula: ambulabat super aquã vt veniret ad iesum. Uidens autem ventum validum timuit. Et cũ cepisset mergi: clamauit dicens. Dñe saluũ me fac. Et cõtinuo iesus extendens manum apprehendit eum: et ait illi Modice fidei quare dubitasti? Et cum ascendisset i nauiculam: cessauit ventꝰ. Qui auté i nauicula erãt venerunt: et adorauerũt eũ dicentes. Uere filius dei es Offꝫ. Cõstitues eos. Secreta

Offerimus tibi dñe preces et munera que vt tuo digna sint conspectui apostoloꝝ tuoꝝ precibz adiuuemur. Per. Prefacio de apostolis Cõ Uos q secuti. Pꝰcõ

Protege domine populum tuum. et apostolorum tuoꝝ patrocinio cõfidentem perpetua defensione conserua. Per Eracliĩ confessoris. Oratio.

Da quesumus oĩpotés deus. vt btĩ eracliĩ confessoris tui atqz põtificis veneranda solennitas: et deuotionem nobis augeat et salutem. Per. Secreta

Sancti tui quesumus domine nos vbiqz letificét et adiuuent. vt dum eorũ merita recolimus patrocinia senciamus. Per. Pꝰcõ.

Presta quesumus omnipotens deus: vt de perceptis muneribus gracias exhibentes: itercedéte beato eraclio cõfessore tuo atqz pontifice. beneficia

potiora sumam⁹.p. ¶ Septē frm̄ Int. Laudate pueri Orō

Presta quesum⁹ omp̄s de⁹ vt qui gloriosos martires tuos ianuarium felicem philippum. alexandrum. vitalem. siluanum atq₃ marcialem fortes in sua cōfessione cognouim⁹ pios apud te in nostra intercessione senciamus per Epl'a. Justoꝝ anime in manu dei sunt. ℞ Anima nostra. Allā ℣ Vox exultationis Euāgeliū. Videns iesus turbas ascēdit. Offꝫ. Letamini. Se^a

Sacrificiis presentib₃ domine quesumus intende placatus. vt intercedentibus sanctis tuis deuotioni nostre proficiant ⁊ saluti. Per. Cō Quicūq₃ fecerit. Quere in cōmuni. Postcō.

Quesum⁹ omnipotēs deus. vt illius salutaris capiamus effectum. cui⁹ per hec misteria pign⁹ accepimus. Per. ¶ In trāslatione sci benedicti Introitus Os iusti med. Glā in ex. Orō.

Intercessio nos quesumus dn̄e beati benedicti abbatis cōmendet. ut quod nostris meritis non valem⁹. ei⁹ patrocinio assequamur. Per. Epl'a. Justū deduxit dn̄s. ℞ Dn̄e preuenisti ℣ Vitam petiit. Allā ℣ Vir domini benedictus spiritu oīm iustoꝝ plenus fuit. Euangeliū Videte vigilate. Offꝫ. Veritas mea. Secreta.

Sacris altaribus dn̄e hostias superpositas btūs benedict⁹ abbas quesum⁹ in salutem nobis prouenire deposcat. Per. Cō Beat⁹ seruus. Postcommunio.

Protegat nos domine cū tui pceptione sacramēti beatus benedictus abbas pro nobis intercedēdo: vt ⁊ ꝯuersationis eius experiamur insignia: et itercessionis eius percipiam⁹ suffragia. Per. Alexii cōfesso. orō

Concede q̄s omp̄s de⁹ vt ad meliorem vitā sci alexii cōfessoris tui exēpla nos prouocēt. quatin⁹ cui⁹ solēnia agimus. etiā act⁹ imitemur. Per. Secre^a

Hostias tibi dn̄e beati alexii ꝯfessoris tui meritis

dicatas benignus assume et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per. Postcommunio. Quesum⁹ dñe salutaribꝫ repleti misteriis. vt cui⁹ solennia celebramus. eius orõnibꝫ adiuuemur. Per.

Arnulphi episcopi. Oratio.

Deus qui beatũ arnulphũ confessorem tuũ atqꝫ pontificem doctorem precipuũ catholice qꝫ fidei predicatione eligẽ dignatus es. prã q̃s: vt ipso pro nobis interueniente pctõꝝ nostroꝝ mẽamur exui maculis. ꝛ t dño sinceris mẽtibꝫ deseruire. p. Se^a. Laudi tue domine hostias imolam⁹. in tuoꝝ cõmemoratione sctõꝝ quibꝫ nos ꝛ p̃sentibꝫ exui maculis cõfidimus ꝛ futuris. p. Postcommunio

Da q̃s dñe deus noster vt sicut tuoꝝ cõmemoratione sctõꝝ tẽporali gratulamur officio. ita ꝑpetuo letemur aspectu. Per d. Scte margarete ṽgis ꝛ martiris Int. Gaudeam⁹ õs i. Gl'a i ex. Orõ

Deus q̃ beatã margaretam virginẽ tuam hodierna die ad celos per martirii palmam ꝑuenire fecisti: concede ꝓpici⁹ vt eius exempla sequẽtes. ad te ꝑtingere mereamur. P. Ep'la Sapiẽtia vincit maliciã. ℞ Dilexisti iusticiã. Allã. ṽ Diffusa ẽst gr'a. Superne matris. Euangeliũ: Simile est regnũ celorum decẽ virginibꝫ Credo. Offr. Offerẽt. Accepta tibi sit Se^a domine sacre plebis oblatio: ꝑ tuoꝝ honore scõrũ quoꝝ se meritis de tribulatõe cognoscit auxiliũ. Per. Cõ. Diffusa est. Postcõ. Saciasti dñe familiã tuã muneribꝫ sacris eius quesumus: sẽper interuentione nos refoue cuius solennia celebramus. Per.

Scẽ iulie ṽgis ꝛ martiris. Int. Loquebar de testimo. Orõ

Sancte iulie virginis et martiris tue dñe supplicatõibꝫ tribue nos foueri. vt cui⁹ venerabilẽ solennitatem celebramus obsequio: ei⁹ itercessionibꝫ

commendemur ꝛ meritis Per. Eodem die praxedis virginis et martiris. Oratio.

Da nobis quesumus dñe vt qui beate praxedis virginis tue natalicia colimus. ꝛ annua solennitate letemur: et tante fidei proficiamus exemplo. Per d. Epistola. Dñe deus meus exaltasti. ℟ Dilexisti iusticiã. Allã. ℣ Loquebar pro sa hec sancta cuius Euãgeliũ Sile ẽ regnũ celoꝝ decẽ. Offꝫ Offeretur regi. Secreta

Offerimus tibi domine preces ꝛ munera i honore scẽ iulie gaudẽtes. prã q̃s. vt cõuenienter hec agere ꝛ remedium sempiternum valeamus acquirẽ. Per. Item praxedis Secreta.

Hostias dñe q̃s quã in sanctoꝝ tuoꝝ natalicijs recensentes offerim⁹: et vĩcula nostre prauitatis absoluat. et tue nobis mĩe dona conciliet. Per. Cõm. Diffusa Quẽ i oĩ ṽginũ. p⁹cõ

Adiuuent nos q̃s dñe hec misteria q̃ sũpsim⁹. et beate iulie virginis et martiris tue intercessio veneranda. Item postcõm.

Quesumus dñe salutaribus repleti misterijs. vt cuius solẽnia celebramus. eius orõnibus adiuuemur. Per d. ¶ Scẽ marie magdalene Int. Gaudeamus omnes in dño. Gloria i excelsis

Largire nobis clementissime pater. quod sicut beata maria magdalene dnm̃ nostrũ iesũ christũ sup oĩa diligẽdo. suoꝝ obtinuit ueniam peccaminũ. ita nobis apud miam tuã sempiternã impetret beatitudinẽ. p eũd. L. libri sapie

Mulierẽ fortemq̃ s iueniet: procul ꝛ de ultis finibus p̃cium eius. Confidit i ea coꝛ uiri sui ꝛ spolijs nõ idigebit. Reddet ei bonũ ꝛ nõ malum: oĩbꝫ diebꝫ vite sue. Quesiuit lanam ꝛ linum: ꝛ operata est cõsilio manuum suarum. Facta est quasi nauis istitoris de lõge portãs panem suum. De nocte surrexit. deditqꝫ p̃dam domesticis suis: ꝛ cibaria ancillis suis. Cõside

rauit agrū et emit eum: de
fructu manuū suarꝫ plan-
tauit vineam. Accinxit for-
titudine lumbos suos ꝛ ro-
borauit brachium suum.
Gustauit et vidit qꝛ bona
est negociatio eius: nō exti-
guetur ī nocte lucerna eiꝰ.
Manū suā misit ad forcia:
ꝛ digiti eius apphenderūt
fusum. Manum suam ape-
ruit inopi: et palmas suas
extendit ad pauperem. Nō
timebit domui sue a frigo-
ribus niuis: omnes enim
domestici eius: vestiti sunt
dupplicibus. Stragulatā
vestem fecit sibi: byssus et
purpura indumentum eiꝰ
Nobilis in portis vir eius:
quando sederit cū senato-
ribꝫ terre. Syndonē fecit ꝛ
vendidit: cingulū tradidit
chananeo. Fortitudo et de-
cor indumentum eius: et
ridebit in die nouissimo.
Os suum aperuit sapiēcie
ꝛ lex clemēcie in lingua eiꝰ.
Considerauit semitas do-
mus sue: et panem ociosa
nō comedit. Surrexerunt
filii eius. et beatissimam p̄-
dicauerunt: et vir eius lau-
dauit eam. Multe filie con-
gregauerunt diuitias: tu
supergressa es vniuersas.
Fallax gracia et vana est
pulchritudo: mulier timēs
deum ipsa laudabitur. Da-
te ei de fructu manuum su-
arum: et laudent eam. in
portis: opera eius ℟ Propt
veritatem et mansuetudinem
ꝛ iusticiā ꝛ deducet te mirabilit
dextera tua ℣. Audi filia ꝛ vide
ꝛ inclina aurē tuā qꝛ cōcupiuit
rex speciē tuam. Allā. ℣. Opti-
mā partē elegit sibi maria q̄ nō
auferet ab ea ineternū. Prosa.
Mane prima sabbati. Secundū
lucam.

In illo tempore. Roga-
bat iesum quidā phariseꝰ:
vt manducaret cum illo.
Et ingressus domū phari-
sei: discubuit. Et ecce muli-
er que erat ī ciuitate pecca-
trix: vt cognouit qd̄ iesꝰ ac-
cubuisset ī domo pharisei.
attulit alabastrū vnguen-
ti. ꝛ stās retro secꝰ pedes eiꝰ
Lacrimis cepit rigare pe-
des eius: ꝛ capillis capitis
sui tergebat. et osculabatꝛ

pedes eius. ⁊ vnguento vn-
gebat. Videns autē phari-
seus qui vocauerat eū: ait
intra se dicens. Hic si esset
propheta: sciret vtiqꝫ que ⁊
qualis est mulier q̄ tangit
eū: quia peccatrix est. Et re-
spōdens iesus: ait ad illū.
Symon: habeo tibi aliqd
dicere. At ille ait. Magister
dic. Duo debitores: erant
cuidā feneratori. Vnus de-
bebat denarios quīgētos.
⁊ aliꝰ quīquagīta. Nō habē-
tibus illis vnde redderent
donauit vtriusqꝫ. Quis er-
go eum plus diligit? Et re-
spondēs symon: dixit Esti-
mo quia is cui plus dona-
uit. At ille dixit. Recte iudi-
casti. Et conuersus ad mu-
lierē: dixit symoni. Vides
hāc mulierē? Intraui ī do-
mū tuā. aquā pedibꝫ me-
is non dedisti. hec autē la-
crimis rigauit pedes me-
os: et capillis suis tersit. O-
sculum michi non dedisti:
hec autem ex quo ītraui nō
cessauit osculari pedes me-
os. Oleo caput meū nō vn-
xisti: hec autē vnguēto vn-
xit pedes meos. Propt̄ hoc
quod dico tibi: remittunt̄
ei peccata multa: qm̄ dile-
xit multū Cui autē minus
dimittitur: minus diligit.
Dixit autē ad illam iesꝰ Re-
mittunt̄ tibi peccata tua.
Et ceperunt qui simul dis-
cūbebant: dicere intra se.
Quis est hic qui etiam pec-
cata dimittit? Dixit autē
ad mulierem. Fides tua te
saluam fecit: vade in pace.
Credo. Offer. Angelus domini
descendit de celo et dixit mulie-
ribꝫ quē queritis surrexit sicut
dixit alleluya. Secreta.

Hanc nr̄e seruitutis ho-
stiā q̄s piissime pat̄ beata
maria magdalena suarū
p̄cum cumulet īcremētis
virtutū: ⁊ ad nr̄e restaura-
tionis p̄ricipiū flagiter et
futurū. Per. Prefacio ꝯis Cō
Simile ē regnū celoꝝ hoī negocia-
tori querēti bonas margaritas
inuēta vna p̄ciosa margarita
dedit oīa sua ⁊ cōpauit eā. Pꝰcō

Sanctificet nos quesu-
mus domine et mu-
niat: ⁊ intc̄edēte btā mari-
a magdalena diuini mu-

neris sacra libatio ⁊ celesti=
um virtutū coheredes effi
ciat Per. Sci apollinaris. orō

Sci apollinaris marti=
ris tui atq₃ pōtificis
domine tuere presidiis. vt
cui⁹ festiuitatem ānua de=
uotione recolimus: eius i=
tercessionibus ab omnib⁹
aduersitatib₃ liberemur Per

Hostias tibi dn̄e Se^{re}
pro cōmemoratione
scti apollinaris martiris
tui atq₃ pōtificis offerim⁹
supplicit deprcantes: vt si=
cut illi pbuisti sacris fidei
claritatem: sic nobis idul=
gentiā largiaris ⁊ pacem.

Per Postcommunio.

Sumētes dn̄e gaudia
sempiterna diuini repara=
tione sacramēti presta q̄s:
vt bti apollinaris marti=
ris tui atq₃ pontificis cui⁹
natalicia celebramus. pre=
cib₃ adiuuemur Per Cri
stine virginis Quere totū i cōi

Scti iacobi apli. Int. Michi

autē ⁊ c^{ra} Gl'a i ex. Orō.

Esto domine plebi tue
sctificator ⁊ custos: vt apl'i
tui iacobi munita p̄sidiis:

⁊ ɔuersatione tibi placeat.
⁊ secura deseruiat. Per do.

Eodē die xp̄ofori et cucufati

Deus qui beatos mar=
tires tuos xp̄oforū et
cucufatē in agone pbasti
⁊ probatos in agone sustē=
tasti presta nobis famulis
tuis. vt quoꝝ gloriam non
meremur īdulgētiā ipsis
intuenientib₃ adipisci me=
reamur. Per. Ad ephesios.

Benedictus deus pat
dn̄i nrī iesu xp̄i. qui
benedixit nos i omni bene=
dictione sp̄ūali i celestibus
in christo Sicut elegit nos
in ipso ante mundi consti=
tutionē: vt essem⁹ scī ⁊ ima
culati i ɔspectu ei⁹ i carita=
te. Qui p̄destinauit nos i
adoptionē filioꝝ p iesum
christū i ipsū: scd̄m ppoitū
volūtatis sue: in laudē grē
⁊ gl'ie sue in q̄ gratificauit
nos in dilecto filio suo In
quo hēm⁹ redēptionē p sā
guinē ei⁹ remissionē pcōꝝ
scd̄ diuicias grē sue: q̄ sup a=
būdauit i vobis. Per ihm̄
xp̄m dn̄m nrm̄. R̷ In omne.
trā. Allā V̷ Ego vos elegi. psa

Clare lectoꝝ. Scḋm marcum.

In illo tempore. Acces-serūt ad iesū: filii ze-bedei dicentes. Magister vt quodcunqꝫ petierimus fiat nobis. At ille dixit eis. Quid vultis ut faciā vobis? Et dixerūt. Da nobis vt vnus a dexteram tuam et alius ad sinistram sedeam⁹ i gloria tua. Jesus autem ait illis. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibo aut baptismum quo ego baptizor baptizari? At illi dixerunt ei. Possumus. Jesus autem dixit eis Calicem quidem quem ego bibi. ⁊ vos bibetis. Et baptismo quo ego baptizor baptizabimini. Sedere autem ad dexterā meam vel ad sinistrā nō ē meum dare vobis: sed qb⁹ paratum est a patre meo. Et audientes decem ceperunt īdignari. ⁊ de iacobo ⁊ de iohāne. Jesus autem vocās eos. ait illis. Scitis quia hii qui videntᷣ principari gentibꝫ dominantur eis ⁊ pricipes eoꝝ potestatē habēt ipsoꝝ. Non ita est de vobis. Sꝫ q̄cūqꝫ voluerit fieri maior: erit vr̄ minister Et quicūqꝫ voluerit in vobis prim⁹ esse: erit omium seru⁹. Nā ⁊ fili⁹ hoīs nō uenit ut mistrareᷣ ei: sꝫ ut ministraret. Et dare aīam suā: redēptionē ꝑ multis. Credo Offꝝ Cōstitues eos Secre

Oblatiōes ppl̄i tui q̄s dn̄e bti apl̄i tui iacobi passio btā cōciliet: ⁊ que nostris nō apte sunt meritis fiāt tibi placite ei⁹ dep̄catione. Per Itē xpofori Se͠

Suscipe dn̄e ꝓpicius orationem nostram cū oblationib⁹ suppositis ⁊ martirū tuoꝝ xpofori et cucufatis dep̄catione pietati tue ꝑfice benignus acceptas. p. Prefac. de apl̄is Cō Dico autem. Postcommunio.

Beati apostoli tui iacobi ī cui⁹ hodie festiuitate corpore et sāguine tuo nos refecisti: q̄s dn̄e eius īntercessione nos adiuua ꝓ cuius solennitate percepimus tua sancta letantes. Per. De sancto xpoforo Orō.

Sacro munere saciati quesumꝰ omps deꝰ. vt interueniētibz ꝑ nobis beatis martiribz tuis chri stoforo ⁊ cucufato. et veniā cōsequamur ⁊ gratiā: Per.

Eodē die bn̄dictio pomoꝝ.

Benedic domine creaturam istam pomoꝝ vt sit remediū salutare generi huāno. ⁊ p̄stā per inuo cationem nomis tui. vt q̄cunqz ex ea sumpserit. corporis ⁊ aīe recipiant sanitatem. Per. ¶ Vrsi epi ⁊ ꝯfes. Int. Statuit ei Glā i ex. Orō.

Propiciare nobis dn̄e per huiꝰ sci ꝯfessoris tui atqz pontificis vrsi merita gloriosa. vt pia eiꝰ intˀuentione ab oībz semper muniamur aduersis. Per Epl'a Ecce sacerdos ℟ Dn̄e preuenisti ℣ Vitam petiit Allā ℣ Jurauit. psa. Hic scūs. Euā homo q̄dā peregre. Offꝛ. Veritas mea. Secreta.

Hostias nostras quesumus domine sanctus pontifex vrsus nomini tuo reddat acceptas. q̄ eas digne tibi complacuit offerendo. Per. Cō. Beatꝰ seruus. P⁹cō

Leti domine sūpsimꝰ sacramenta celestia que nobis intˀueniēte beato vrso confessore tuo atqz pontifice vberius confidimus profutura. Per dn̄m

Anne matris beate marie. Int.

Gaudeamus omnes i dn̄o diem festum celebrantes sub honore beate anne ⁊cˀ. Glā in excelsis deo Oratio

Deus qui hodiernam diem beate āne natalicio venerabilem nobis fecisti concede propicius: vt nos qui eam genitricē tue matris cognoscimꝰ ⁊ fatemur ipsiꝰ apud te intˀcessionibz adiuuemur. Qui viuis ⁊. Epistola Mulierem fortem ℟ Propter veritatem Alleluya ℣ Diffusa est Prosa mater matris domini Euangeliū Liber generationis. Credo dicitur Offertorium Filie regum.

Super hanc ¶ Secreta oblationem quesumus piissime pater. que in memoria sanctissime anne matris beatissime genitricis vnigeniti tui-

domini nostri iesu christi cōsecratur benign⁹ intēde et tua benedictione et per eā nobis tribue cordium purificationem et munerum tuorum pticipationē Per eūd.
Cō. Simile est regnū. P⁹cōm.

Sumpta sacramenta q̄s dn̄e intercedente beata anna matre gloriose genitricis vnigeniti tui nos ab hostium defendēt formidine. et eterne mortis amaritudine. Per eundē.

Cameliani episcopi Int.
Statuit ei dn̄s. Oratio

Deus qui sanctam nobis huius diei solennitatē ī honore sancti cameliani confessoris tui atq₃ pontificis consecrasti: adesto familie tue precib₃. et da vt cuius festa celebramus. ei⁹ merito et auxilio subleuemur. Per. Epistola. R̷. prosa Euāge. Offer. vt s^a de scō vrso

Da nobis q̄s dn̄e Se^{cr} semper hec tibi vota gratanter persoluere. qb₃ scī ɔfessoris tui cameliani depositionē recolim⁹ et prā: vt in eius laude semp tuā gloriam pdicem⁹ Per. Cō.

Sūptū Bīs seru⁹. P⁹cō

Sūptū dn̄e celestis remedii sacramentum. ad ppetuā nobis peruenire grām beatus camelianus pontifex obtineat. Per. Eodē die pāthaleōis mart. orō. Prā q̄s ops Se^{cr}. muneribus nostris domie. P⁹cō. Da q̄s dn̄e deus noster.

Scī lupi treceñ epī. Introit⁹ Statuit ei dn̄s. Glā i ex. Orō.

Deus qui beatū lupū antistitē christiane fidei tribuisti esse defensorē prā q̄s. vt ei⁹ suffragātib₃ meritis. spūsscī grā nos illumiare digneris. Per do. eiusdē

Eodē die felicis simplicis. faustini et bīt. martir. Sacerdotes dei bn̄d. Oratio.

Infirmitatē nostrā q̄s dn̄e ppici⁹ respice et mala oīa que iuste mēmur scōrum martirum tuorum felicis simplicii faustini et beatrcis itercessione auerte. Per. Epla. Ecce sacer. R̷. Dn̄e pueni. Allā V̷. Iust⁹ germiab. pla. Hic scūs cui⁹. Euā Homo qdā pegre.

Offer. Inueni dd. Se^{cr}

Interueniēte quesum⁹

dñe beato lupo cōfessore tuo atqȝ pontifice purget nos sacrificii presentis hostia sīgularis a peccatis qȝ totū mundū lauit pendēs ī ara crucis. P. Itē de scīs se.

Accepta sit in ꝯspectu tuo domine nostra deuotio et eoꝝ nobis fiat supplicatione salutaris. p quoꝝ solennitate defert. P. Cō. Beatus seruus. Postcōm.

Unigeniti tui dñe sacro saciati libamine q̄s. vt bti ꝯfessoris tui gloriosissimi lupi venerāda īntercessione ⁊ p̄sētis vite subsidium. et eťne beatitudīs nobis īpendas p̄miū. Qui tecum. Itē de sctis postcōm

Spiritū nobis dñe tue caritatis īfunde. vt quos vno celesti pane saciasti. intercedentibus sctis martiribus. felice faustino simplicio ⁊ beatrice: tua facias pietate ꝯcordes. Per eiꝰ d. ¶ Nota φ si dicať missa de sctis predictis dr Introitus. Sacerdotes eiꝰ. Glīa ī ex. Orō. Infirmitatem. vts. Epl'a. Sancti p fidem. ℟ Sacerdotes. ℣ Illuc pducam. Allā. ℣. Stabunt iusti. Euangeliū. Hoc est preceptum. Offꝛ. Letamini. Cō. Iustoꝝ anime.

¶ In festo scōꝝ nazarii ⁊ celsi martiꝝ. ītroitꝰ. Intret ī ꝯspectu. Gloria in excelsis. Oratio.

Presta dñe q̄s vt sicut ppl's xp̄ianꝰ martirū tuorum nazarii ⁊ celsi temporali solēnitate cōgaudet ita perfruať eterna. ⁊ q̄d vo tis celebrat comprehendat effectu. Per. ¶ De scō lupo ⁊ de scīs martiribȝ meō. Eodē die scōꝝ abdō ⁊ sennes ꝯfes. Orō

Deus q̄ scīs tuis abdō et sennē ad hanc gloriam veniendi copiosum munꝰ gratie contulisti. da nobis famulis tuis nr̄orū veniā pctōꝝ. vt scōꝝ tuoꝝ meritis intercedentibꝰ ab oībȝ m ēamur aduersitatibȝ liberari. P. Epl'a. Iustoꝝ aīe. ℟. Gloriosus deus. Allā ℣ Iusti epuleť. Ps'a mirabilis deꝰ. Euāge. Ecce ego mitto uos sicut oues ī medio luporū. Offꝛ. Mirabilis deus in sctis.

Hostias ť dñe ¶ Secre. pro scōrū martirum

tuoꝝ nazarii et celsi cōme-
moratione deferimus sup
pliciter obsecrātes. vt indul
gentiam nobis conferaut
parit̄ ⁊ salutē. Per Itē secre.
Hec hostia quesumus
domine q̄m in sctōꝝ
tuorū natalicijs recēsētes
offerimus et vincula nrē
prauitatis absoluat et no-
bis nr̄e dona cōsiliet. Per.
Cō Posuerunt. Postcōmunio
Presta q̄s omp̄s deus
vt scōꝝ tuoꝝ nazarii
et celsi celestibus misterijs
celebrata solennitas indul-
gentiam nobis tue propi-
ciationis acq̄rat. p. Itē p⁹cō
Per hui⁹ dn̄e operationē
misterii et vicia no
stra purgentur. et interce
dentibꝫ sanctis tuis. iusta
desideria ꝯpleant̄. p. ¶ In
festo sancti germani Introitus
Statuit ei dn̄s. Glā i ex. Orō.
Deus qui hodiernam
diem sacratissimam
nobis beati germani con
fessoris tui atqꝫ pontificis
solēnitate tribuisti: adesto
propici⁹ ecclesie tue precibꝫ
vt cuius gloriatur meritis

muniatur suffragijs. p d̄.
Epl̄a. R̄. Allā. Prosa. Euāge.
Offꝫ. ⁊ cōm sicut i festo sci lupi
Hostias nostras ¶ Se.
q̄s dn̄e scūs pontifex
german⁹ nomi tuo reddat
acceptas. qui eas digne ti
bi complacuit offerendo.
Per. Postcommunio
Leti domie sumpsim⁹
sacramēta celestia que no
bis intueniente beato ger
mano ꝯfessore tuo atqꝫ pō
tifice vberius confidim⁹ p
futura. Per d̄. ¶ Ad vincula
sancti petri. Introitus. Nunc
scio vere. Glā in excelsis Orō.
Deus qui beatū petrū
apostolum a viculis
absolutum illesū abire fe-
cisti: nostroꝝ q̄s absolue vi
cula peccatoꝝ: ⁊ oīa mala
a nobis propiciatus exclu
de. Per d̄. Eodē die machabe
orum. Collecta.
Fraterna nos domie
martyrū tuoꝝ corona leti-
ficet. q̄ et fidei nostre p̄beat
incitamēta virtutū ⁊ mul
tiplici nos suffragio cōsole
tur. p. L. actuū apl'oꝝ.
In diebus illis. Misit

herodes rex manus. vt affli-
geret quosdam de ecclesia
Occidit autem iacobum
fratrem iohannis gladio.
Videns autem quia place
ret iudeis: apposuit appre
hendere et petrum. Erant
autem dies azimorum. Quem
cum apprehendisset. misit
in carcerem tradensque qua-
ternionibus militum ad cu-
stodiendum. volens post pa
scha producere eum populo
Et petrus quidem seruabatur
in carcere. Oratio autem fie
bat sine intermissione ab
ecclesia: ad deum pro eo. Cum
autem producturus eum esset
herodes: in ipsa nocte erat
petrus dormiens inter du
os milites vinctus cathe-
nis duabus. Et custodes
ante ostium: custodiebant
carcerem. Et ecce angelus
domini astitit: et lumen re
fulsit in habitaculo carce-
ris. Percussoque latere petri:
excitauit eum dicens. Sur
ge velociter. Et ceciderunt
cathene de manibus eius.
Dixit autem angelus ad eum.
Precingere et calcia te caligas
tuas. Et fecit sic. Et dixit
illi. Circunda tibi vestimen
tum tuum: et sequere me. Et
exiens sequebatur eum: et
nesciebat quia verum est.
quod fiebat per angelum.
Estimabat autem se: visum
videre. Transeuntes autem
primam et secundam custo
diam: venerunt ad portam
ferream que ducit ad ciuitatem:
que vltro apta est eis. Et exe-
untes processerunt vicum
vnum: et continuo discessit
angelus ab eo. Et petrus
ad se reuersus dixit. Nunc
scio vere quia misit domi-
nus angelum suum: et eri-
puit me de manu herodis.
Et de omni expectatione:
plebis iudeorum. ℟ Consti
tues eos. Alleluya. ℣ Tu es pe
trus. Prosa. Clare sanctorum.
Euangelium. Iussit iesus di
scipulos suos ascendere in na
uiculam Credo Offertorium. In omnem
terram. Secreta.

Oblatum tibi domine
sacrificium viuificet nos sem-
per et muniat. Per. dominum

Item alia secreta

Iterata misteria domine

p scõꝝ tuoꝝ constantia deuota mẽte tractemus qͣbꝫ intercedentibꝫ q̃s vt ⁊ p̄ſeñ diũ nobis crescat et gaudium. Per. Prefatio de aplis. cõ Tu es petrus. Postcommunio.

Corporis sacri ⁊ p̄ciosi sanguinis repleti libamine q̃s dñe de⁹ noster vt qđ pia deuotõe gerim⁹. certa redẽptione capiam⁹. Per. Item postcommunio.

Presta quesumus omnipotẽs de⁹ vt quoꝝ memoriam sacramenti p̄ticipatione recolim⁹. fidẽ quoqꝫ p̄ficiendo sectemur Per. ¶ Stephani pape ⁊ martiris Int. Sacerdotes ei⁹. Orõ

Deus qui nos beati stephani martiris tui atqꝫ pontificis annua solennitate letificas concede p̄picius vt cui⁹ natalicia colimus de eiusdẽ etiã p̄tectione gaudem⁹. Per. Epla Testificor corã deo. R. Ecce sacerdos. Allã. V. Inueni dauid Euangelium. Homo qdam nobilis. Offꝝ. Veritas. Se^{a}.

Munera dñe dicata sci̇̄fica et intercedente btõ stephano martire tuo atqꝫ pontifice per eadem nos placatus intende. Per Cõ Dñe quinqꝫ. Postcõm.

Hec nos cõmunio dñe purget a crimine. et intercedente beato stephano martire tuo atqꝫ pontifice celestis remedii faciat esse consortes. Per. ¶ In inuentione sci stephani ⁊ nichodemi atqꝫ abibon. Etenim sederunt. Gloria in excelsis. Orõ

Deus q̃ nos ãnua preclare inuentõis scõꝝ tuoꝝ stephani gamalielis nichodemi. atqꝫ abibõ. solẽnitate letificas. p̄sta q̃s vt quos in celesti gloria sublimasti miraculis in terra declarasti: apud patrẽ pietatis tue clementiã. intercessores semper habere mereamur. Per. Epla. In diebus illis. Stephanus plenus gratia ⁊ fortitudĩe R. Sederunt. Allã. V. Video celos aptos. Prosa. Magnus deus. Euangeliũ Ecce ego mitto ad. Offꝝ. Elegerunt. apli.

Munera tibi dñe ¶ Se^{a} nostre deuotõis offe-

rimus:que et pro tuoꝝ tibi grā sint honore scōꝝ.et nobis salutaria te miserante reddanť.Per.Cō Video celos.Postcommunio.

Sumpsimus dñe scōꝝ stephani nichodemi.gamalielis atqꝫ abibon.solénia celebrantes sacramenta celestia:prā q̄s:vt quod temporaliter gerimus eternis gaudiis cōsequamur.Per

¶ Cassiani ⁊ mēmii epōꝝ orō Deus q̄ nos scōꝝ ɔfes.Se^a. Suscipe dñe pces.Postcō. Corporis sacri ⁊ pc.¶ Sixti felicissimi ⁊ agapiti martiꝝ Int. Salus autē Glā i excel.Orō.

Deus qui nos cōcedis sanctorum martirum tuorum sixti felicissimi et agapiti natalitia colē:da nobis i eterna btitudine de eoꝝ societate gaudere. Per.Eplā Reddet deus.℟ Justoꝝ aīe ℣ Visi sunt.Allā.℣ preciosa.Prosa.mirabilis de⁹ Euangelium.Cum audieritis pl̄.Offꝝ.Gloriabūť Se^a.

Munera dñe nostre deuotionis offerimus que et pro tuoꝝ tibi grata sunt honore scōꝝ et nobis salutaria te miserante reddantur Per Cōm Ego vos elegi.Postcommunio.

Presta nobis domine quesumus intercedentibꝫ scis tuis sixto felicissimo ⁊ agapito :vt que ore ɔtingimus pura mente capiam⁹ Per d.¶ Eodē die transfiguratio dñi Introit⁹.Benedicta. sit scā t.Gloria i excelsis Orō.

Deus qui hodierna die vnigitū tuū mirabiliter trāsformatū vtriusqꝫ testamenti patrib⁹ reuelasti:da nobis quesum⁹ bn̄. placitis tibi actibꝫ ad eius semper contemplandam pertīgē gloriam:ī quo tue paternitati optime cōplacuisse testatus es Per eūdē

Lectio eple bti petri apostoli.

Karissimi. Justū arbitror q̄ diu sū in hoc tabernaculo corporis suscitare vos ī cōmotione. Certus enim sum q̄ velox est depositio tabernaculi mei secundum quod ⁊ domin⁹ noster iesus christus significauit michi preuelatōeꝫ.

Dabo autē operā: ⁊ frequē
ter habere vos post obitū
meū: vt hoꝝ memoriā faci
atis. Non enim indoctas
fabulas secuti notā vobis
facimꝰ. dñi nostri iesu chri
sti virtutē et presciam: sed
speculatores scti illius ma
gnitudinis. Accipiens enī
a deo patre honorē ⁊ gloriā
voce lapsa ad eū huiusce-
modi a magnifica gloria
hic ē filius meus dilectus
in quo michi cōplacui: ip-
sum audite. Et hanc vocē
nos audiuimꝰ de celo ala
tam: cū essemus cum ipso
in monte sctō. Et habemꝰ
firmiorem ꝓpheticum ser
monem: cui benefacitis at
tendētes q̄si lucerne lucēti
ī caligioso loco: donec dies
illucescat. ⁊ lucifer oriat̄ in
cordibꝫ vr̄is. ℟. Benedictꝰ es
Allā ℣. Benedictus Prosa Be
nedicta sit sancta Euangeliū.
Assumpsit iesus petrum ⁊
iacobum. Credo dr. Offꝝ.
Benedictus. Secreta.
Suscipe quesumus do
mine sctē pater munera q̄
pro filii tui gloriosa trāsfi-
guratione deferimus ⁊ cō-
cede ꝓpicius: vt per hec ⁊ a
temporalibꝫ libēmur incō
modis ⁊ gaudiis conuerta
mur eternis. Per eundem.
Infra actionem. Intra quoꝝ
nos ɔsortiū non estimator
meriti. sed venie quesumꝰ
largitor admitte. Bñdictio
Benedic dñe ⁊ hos vue
fructus nouos vue
quos tu dñe rore celi ⁊ īun-
dancia pluuiarū. ⁊ tēporū
serenitate atqꝫ tranquilli
tate ad maturitatē ꝑducē
dignatus es: et dedisti eos
ad vsus nostros cum gra-
tiarum actione ꝑcipere in
noīe domini nostri iesu xpi
per quem hec oīa dñe sem
per bona creas. Cō. Bene-
dicimus. Postcommunio.
Fac nos quesumꝰ dñe
ad illam tue clarita
tis uisionem pertingē quā
tuis hodie discipulis osten
disti. Qui vi. Donati mar-
tiris. Oratio
Deus tuoꝝ glīa sacer-
dotum presta quesumus:
ut sctī martiris ⁊ epī doua
ti cuiꝰ festa gerimꝰ sēciamꝰ

auxilium. Per. Secreta

Presta quesumus domine ut sancti martiris episcopi dona tibi percibus quem ad laudem tui nominis dicatis muneribus honoramus pie nobis deuotionis fructus accrescat. Postcommunio.

Omnipotens et misericors deus: qui nos sacramentorum tuorum participes efficis et ministros: presta quesumus: ut intercedente sancto tuo donato eiusdem perficiamus et fidei consortio et digno seruitio. Per. Cyriaci sociorumque eius Int. Timete dominum. Oratio.

Deus qui nos annua beati cyriaci sociorumque eius solennitate letificas. concede propicius: ut quorum solennia celebramus. virtutem quoque passionis imitemur. Per dominum. Epistola Iustorum anime. R Timete dominum. Alleluia V Iudicabunt Euangelium. Nichil opertum. Offertorium Letamini

Accepta sit in Secreta conspectu tuo domine nostra deuotio. et eorum nobis fiat supplicatione salutaris pro quorum solennitate defertur

Per. Communio. Signa eos. Postcommunio.

Repleti participatione muneris sacri quesumus domine deus noster: vt quorum exequimur cultum. sentiamus augmentum. Per dominum nostrum.

In vigilia sancti laurentii Introitus.

Dispersit dedit pauperibus iusticia eius manet in seculum seculi cornu eius exaltabitur in gloria. Psalmus Beatus vir qui timet dominum in mandatis eius volet nimis.

Excita domine in ecclesia Oratio tua spiritum cui beatus laurentius leuita seruiuit vt eodem nos replente studeamus amare quod amauit et opere exercere quod docuit. Per dominum. eiusdem. Eodem die romani martiris Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus beati romani martiris tui intercessione liberemur. Per. Epistola. Confitebor tibi domine rex.

R Dispersit dedit pauperibus iusticia eius manet in seculum seculi V Potens in terra erit semen eius generatio rectorum benedicetur. Si dominica fuerit. Alleluia. V. Beatus

vir qui suffert. Euangelium
Si quis vult p⁹ me uenire
Offr. Cōfessio ꝛ pulchritudo i
cōspectu ei⁹ scitas ꝛ magnificē
tia i sanctificatione eius. Se^{ta}.
Sacrificiū nr̄m tibi do
mine btī laurentii
ꝑcatio scā conciliet vt cui⁹
honore solēniter exhibetur
meritis efficiat̄ acceptum.
Per. Item secreta
Oblatis domine placa
re muneribꝫ ꝛ intercedēte
btō romano martire tuo a
cunctis nos defende peri-
culis. Per. Cō Qui vult ve-
nire Postcommunio.
Supplices te rogam⁹
omp̄s deus: vt quos
donis celestibꝫ saciasti int̄-
cedente btō laurētio mar-
tire tuo. ꝑpetua ꝓtectione
custodias. Per. Itē postcōm.
Quesum⁹ omp̄s deus:
vt qui celestia alimē
ta ꝑcepimus. intercedente
btō romano martire. con-
tra omnia aduersa munia
mur. P In die scī laurētii. Int.
Probasti domine cor meū
et visitasti nocte igne me
examinasti et nō est inuenta in

me iniquitas. P̄s Exaudi domi
ne iusticiam meam: intende de
precationē meā Glā i ex. Orō.
Da nobis q̄s omp̄s de⁹
viciorꝫ nr̄orꝫ flāmas
extinguere qui beato laurē
tio tribuisti tormentorꝫ su-
orū incendia superare Per
Ad corinthios.
Qui parce seīnat. parce
et metet. Et qui seminat i
benedictionibꝫ: de bn̄dicti
onibꝫ ꝛ metet. Vnusq̄sqꝫ ei
put destinauit i corde suo
non ex tristicia aut ex neces
sitate. Hylarem enim doc-
torem: diligit deus. Potēs
est autem deus omnē grāz
abundare facere in vobis
vt in oībꝫ semper omnem
sufficientiā habentes: abū
detis in omne opus bonū
sicut scriptū est. Dispersit
dedit paupibꝫ iusticia ei⁹
manet in sclm scli Qui au
tem administrat semen se
minenti: ꝛ panem ad man
ducaudū prestabit. Et mł-
tiplicabit semen vestrum.
ꝛ augebit incrementa fru-
gum iusticie vestre. R. Pro-
basti domine cor meum et visi-

fasti nocte. versus. Igne me examinasti ⁊ non est iuenta in me iniquitas. Alleluya. ℣. Leuita laurentius bonū opus operatꝰ est qui per signum crucis cecos illuminauit et thesauros ecclie dedit pauperibus. Prosa. Stola iocunditatis Scdm iohānē.

In illo tēpore: Dixit ie sꝰ discipulis suis Amē amen dico vobis: nisi granū frumenti cadens ī terra mortuum fuerit: ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit: multum fructum affert. Qui amat animam suam: perdet eā. Et qui odit animā suā in hoc mundo. in vitā eternā custodit eam. Si quis michi ministrat: me sequatur Et vbi sum ego: illic et minister meus erit. Si qs ministrauerit michi. honorificabit eum pater meꝰ: qui in celis est. Offr. Oratio mea munda est et ideo peto vt detur locus voci mee in celo quia ibi est iudex meus et conscius meꝰ in excelso. ascendat ad dominū deprecatio mea Secreta

Accipe quesumus dn̄e munera dignanter oblata et btī laurentii suffragātibus meritis ad nostre salutis auxilium puenire cō cede Per. Cō Qui michi. pꝰcō

Sacro munere saciati supplices te dn̄e dep camur. vt quod debite seruitutis celebramus officio intercedente beato laurentio martire tuo saluatōis tue sentiamus augmentū Per.

¶ In translatione sancte corone. Int Gaudeamus os. ps Omnes gentes plaudite manibus iubilate deo in voce exultationis. Glā in excelsis Oratio.

Presta q̄s omps deus vt q̄ in memoriā passionis domini nostri iesu xp̄i coronam eiꝰ spineam veneramur ī terris. ab ip̄o glīa ⁊ honore coronari mereamur in celis. Qui tecū.

Lectio libri sapientie.

Lectulū salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis israel. oēs tenentes gladios ⁊ ad bella doctissimi vniuscuiusqz ensis super femur suū: pp̄ter timores nocturnos. ferculū

fecit sibi rex salomon de lignis libani. Columpnas eius fecit argenteas reclinatorium aureum. Ascensum purpureum media caritate constrauit propter filias hierusalem Egredimini et videte filie syon regem salomonem in dyademate: quo coronauit eum mater sua in die desponsationis eius et in die leticie cordis illius. Quam pulchra es amica mea. quam pulchra es et decora: oculi tui columbarum: absque eo quod intrinsecus latet. Veni de libano sponsa mea: veni de libano. veni: coronaberis. R. Corona aurea super caput eius expressa signo sanctitatis gloria honoris et opus fortitudinis. V. Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Alla. V. A corona spinea vita surgit aurea mirifice quia mutata tropice fit corona rosea. Prosa. Florem spina. vel ista. Regis et pont. S. iohannem

In illo tempore Apprehendit pylatus iesum: et flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius et veste purpurea circumdederunt eum. Et veniebant ad eum: et dicebant. Aue rex iudeorum. Et dabant ei alapas. Exiuit autem pylatus foras: et dixit eis. Ecce adduco vobis eum foras: vt cognoscatis quia in eum nullam causam inuenio Exiuit ergo iesus portans coronam spineam: et purpureum vestimentum. Credo. Offer. Lauda hierusalem dominum quia dabit tibi coronam pro cinere et eris corona glorie in manu domini et dyadema regni in manu dei tui alleluya. Secreta

Rex omnium tuorum militum virtutem corrobora: vt quos in huius mortalitatis stadio vnigeniti filii tui corona letificas. consummato cursu certaminis immortalitatis brauium apprehendant. Per eundem Prefacio comis. Com. Letare mater nostra quia dabit dominus capiti tuo augmenta gratiarum et corona inclita proteget te.

Postcommunio.

Supplices te rogam⁹ ops de⁹: vt hec sacraméta q̄ sūpsimus: p̲ sacro scē filii tui corone cuius solennia recensem⁹ virtutē nobis p̄ficiāt ad salutem. Per

Eodē die tyburtii mar.

Bti tyburcii nos ꝺ Orō.
dn̄e foueāt ꝯtinuata presidia: quia non desinis propicius intueri quos talibus auxiliis consesseris adiuuari. Per Secre.

Adesto dn̄e p̄cib₃ p̄p̄li tui: adesto munerib₃: vt q̄ sacris oblata sūt misteriis tuis. tuoꝝ tibi placeāt intercessione scōꝝ. Per Postcōm.

Sumpsim⁹ dn̄e pign⁹ redēptiōis eterne. sic nobis q̄s ītueniēte btō tyburcio martire tuo. vite p̄sētis auxiliū parit̄ ꝛ future Per

Ypoliti sociorumq₃ eius martiꝝ. Int. Iusti epulent. orō.

Da q̄s ops de⁹ vt beati ypoliti sociorūq₃ ei⁹ venerāda solennitas. ꝛ deuotionē nobis augeat ꝛ salutē. Per Ep̄la Scti p̲ fidē. ℞. Iustoꝝ aie. ℣. Visi sūt. Allā. ℣ Vox exultationis. Euāgeliū

xi ix

Attendite a fermento phariseoꝝ. Offꝫ. Anima nrā. Se.

Respice dn̄e muēra populi tui scōꝝ festiuitate votiua: et tue testificatione veritatis nobis p̄ficiant ad medelā. Per. Cōm. Dico autem vobis Postcōm

Sacramentorum tuoꝝ domine communio sumpta nos saluet: et ī tue veritatis luce confirmet. Per

In vigilia assūptionis beate marie. Salue scā parens Gloria in excelsis. non dr. Orō.

Deus qui virginalem aulā btē marie ī qua habitares eligē dignatus es: da q̄s. vt sua nos defensione munitos iocundos faciat sue interesse festiuitati. Per. Ep̄la. Ab inicio ꝛ an̄. ℞. Specie tua Si dn̄ica fuerit ℣ Post partū. Scōm lucā.

In illo tp̄e: Loquente iesu ad t̄bas. extollēs vocē q̄dā mulier de turba: dixit illi Btūs vēter q̄ te portauit: ꝛ vbera q̄ suxisti. At ille dixit Quinimo: Beati q̄ audiūt verbū dei: ꝛ custodiūt illō. Offꝫ. Diffusa ē. Se.

Munera nr̃a dñe apud clementiã tuã dei genitricis cõmendet orõ. quã idcirco de presẽti sclo transtulisti: vt pro pctis nostris apd te fiducialit̃ itercedat Per. Cõ Diffusa est. Postcõm

Concede misericors de⁹ fragilitati nostre presidium: vt qui scẽ dei genitricis requiẽ celebramus. intercessionis ei⁹ auxilio a nostris iniquitatibȝ resurgamus Per eũdẽ. Eodẽ die eusebii. totũ de vno confessore.

Preter collectas. Oratio.

Deus q̃ nos beati eusebii ↄfessoris tui ãnua solẽnitate letificas ↄcede ppicius. vt cui⁹ natalicia colimus p ei⁹ ad te exẽpla gradiamur. Per Secreta

Laudi tue dñe hostias ĩmolam⁹ i tuoꝝ cõmemoratione scõꝝ qbȝ nos ⁊ pñtibȝ exui malis ↄfidimus ⁊ futuris. Per. P⁹cõ

Repleti cibo potuqȝ celesti de⁹ nr̃ te supplices exoram⁹. vt in cui⁹ hec cõmemoratione percepim⁹. eius muniamur ⁊ pcibȝ. p dnm̃

In die assũptõis btẽ marie. Int

Gaudeamus omẽs in domino diem festũ celebrantes sub honore sancte marie virgĩs de cuius assũptõe gaudent angeli et collaudant filiũ dei. ps Eructauit cor meũ verbũ bonũ dico ego opa mea regi. Gl'a in ex. Orõ.

Ueneranda nobis dñe hui⁹ diei festitas opẽ cõferat salutarẽ in qua scã dei genitrix mortẽ subiit tpalẽ nec tñ mortis nexibȝ deprimi potuit. q̃ filiũ tuũ dnm̃ nostrũ iesũ xp̃m de se genuit incarnatũ. Qui tecum.

Lectio libri sapientie.

In oĩbȝ requiẽ q̃siui: ⁊ in hẽditate dñi morabor. Tũc precepit ⁊ dixit michi creator oĩm ⁊ q̃ creauit me reqeuit i tabernaculo meo ⁊ dixit michi. In iacob ihabita. ⁊ in israel hẽditare: ⁊ i electis meis mitte radices Et sic i syon firmata sũ. ⁊ i ciuitate scificata similiter req̃euit: ⁊ i hirl'm ptãs mea. Et radicaui i pplo hõrificato. ⁊ i ptes dei mei hẽditas illi⁹.

Et in plenitudĕ scõꝝ detẽ-
tio mea. Quasi cedrus ex-
altata sũ in libano: et quasi
cypressus in monte syon.
Quasi palma exaltata sũ
in cades: et quasi plantatio
rose i hierico: Quasi oliua
speciosa in cãpis. et quasi
platan⁹ exaltata sũ iuxta
aquã i plateis. Sicut cyna
momũ et balsamũ aroma
tizans: odorẽ dedi. Quasi
mirra electa: dedi suauita
tẽ odoris. ℟. Benedicta et ve-
nerabilis. ℣. Uirgo. Allã. ℣ As-
sũpta ẽ maria i celũ gaudẽt ãge
li et collaudãtes bñdicũt dnm:
Prosa. Area virga Scdm. lucã
In illo tempore. Intra
uit iesus i quoddam
castellũ: et mulier quedam
martha nomine excepit il-
lum in domũ suã. Et huic
erat soror: noie maria Que
etiã sedens sec⁹ pedes dñi:
audiebat verbũ illi⁹. Mar-
tha autẽ satagebat: circa
frequens ministeriũ. Que
stetit et ait Dñe: non est tibi
cure. q̄ soror mea reliquit
me solam ministrare? Dic
ergo illi: vt me adiuuet Et
respondens dixit illi do-
min⁹. Martha martha sol
licita es: et turbaris erga
plurima. Porro. vnum est
necessariũ. Maria optimã
partẽ elegit: que non aufe-
retur ab ea. Credo dr. Offr.
Aue maria. Secreta.
Intercessio quesum⁹
domine beate marie semp
virginis munera nostra t
cõmendet nosq; in eius as
sumptione tue maiestati
reddat acceptos Per dnm.
Prefatio. Et te i assũptione.
Cõ. Beata viscera Postcõm.
Mense celestis partici-
pes effecti implora-
mus clementiam tuã dñe
de⁹ noster: vt qui festa dei
genitricis colimus: a ma
lis imminentib; eius int-
cessionib; liberemur. Per
eũd. Balsemii martiris Orõ.
Presta q̄s omps de⁹ Secre^a
Muneribus nr̃is q̄s Postcõ
Da q̄s domie deus noster.
In octabis sancti laurentii
Confessio et pulchritudo
in conspectu eius sancti
tas et magnificentia in sancti-
ficatione eius. Ps. Cantate

dño canticū nouū cantate dño
Bois tra. Glā in ex. Orō.
Beati laurētii dñe nos
foueat passio venerāda le
tantes: ⁊ vt eā sufficienter
recolamus. prōptiores effi
ciat. p. Epla. Qui parce se
minat. R. Dñe puenisti. Allā.
V. Puer meꝰ noli timē dicit do
minꝰ dū trāsieris p ignē flāma
nō nocebit te qꝛ ego tecū sum.
Euāgeliū. Si quis vult post
me veire. Offr. Cōfessio ⁊ pl
Beati laurētii Se
martiris tui honora
bilem passionē muneribꝫ
dñe geminatis exequimur
q̄ licet ppriis sic memoran
da pricipiis. indesignāter
tamē pmanet gloriosa. p.
Cō. Posuisti dñe. Postcōm.
Solennis nobis inter-
cessio beati laurentii
martiris q̄s dñe pstet auxi
liū vt celestis mēse partici
patio quā sūpsimus. tribu
at eccle tue recēsitā leticiā.
Per d. Mammetis mar. Int
Letabit iustus. Glā in ex. Orō.
Presta q̄s ops deꝰ Epistola
Beatꝰ vir q̄ inuētꝰ ē sine. R
Posuisti. V. Desideriū Allā. V.

Beatus vir qui timet dominū.
Prosa. Hic sanctus cuius. Euā
geliū. Si quis vult post me
venire. Offr. Gloria ⁊ hono-
re. Secreta. Muneribus no
stris. Cōm. Qui vult venire.
Postcō. Da quesumus dñe
deus. Agapiti martiris. Int
Letabitur iustus. Oratio.
Letetur ecclesia tua de
us bti agapiti mar-
tiris tui confisa suffragiis
atqꝫ eius precibus glorio-
sis et deuota permaneat et
secura consistat. per dnm.
Epistola. Iustus si morte.
R. Iustus vt palma. Alleluya.
V. Iustus non conturbabitur.
Euangeliū. Nemo accendit
Offr. In virtute tua domine.
Suscipe domi- Secreta
ne munera que i eiꝰ f
solennitate deferimus. cu
ius nos confidimꝰ patroci
nio liberari. Per dominū.
Cō. Posuisti in ca. Postcōm
Saciasti domine fami
liam tuā muneribꝫ
sacris. eius q̄s semper iter
uentione nos refoue. cuiꝰ
solennia celebramus. Per.
Thimothei et symphoriani.

A Salus autē iustoꝝ. Orō

Auxiliū tuū dn̄e q̄s placatus ipende. vt intcedētib; btis martirib; tuis tymotheo et symphoriano dexteram super nos tue ppiciatiationis extēde. Per.

Q Lectio libri sapientie.

Qui timēt dominū nō erūt icredibiles verbo illi⁹: ⁊ q̄ diligūt illū conseruabūt viam illi⁹. Qui timēt dn̄m: iquirent que bn̄placita sūt illi. Et qui diligūt eū replebunt̄ lege ipsi⁹. Qui timent dn̄m p̄parabūt corda sua. ⁊ i ꝯspectu illius scificabūt aīas suas. Qui timent dn̄m custodient mādata illius: ⁊ pacientiā habebūt. vsq; ad inspectionē illius. ℞. Preciosa. ℣ Credidi Allā ℣ Sta ⁊ hōre. Scdm lucā.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis Si quis venit ad me et nō odit patrē suū aut matrē suā: ⁊ fratres ⁊ sorores ⁊ filios: adhuc aūt ⁊ animā suā nō potest me⁹ esse discipl's. Quis eni ex vobis volens turrim edificare. nōne prius sedens computat sūpt⁹ q̄ neccessarii sūt si habeat ad pficiendū: ne post ea q̄ posuerit fūdamentū. et nō potuerit pficē. oms q̄ viderint icipiāt illudē ei dicentes. q2 hic homo cepit edificare ⁊ nō potuit cōsūmare? Aut q̄s rex itur⁹ cōmittere bellū aduers⁹ aliū regē. nō sedēs pri⁹ cōputat si possit cū decē milib; occurrē ei: q̄ cū viginti milib; venit ad se? Alioqui adhuc illo lōge agente. legationē mittens rogat ea q̄ pacis sunt. Sic ergo oīs ex vobis q̄ non renunciat oīb; que possidet: non potest meus esse discipulus. Offertoriū. Mirabilis.

Accepta tibi Secreta.
sit dn̄e sacrate plebis oblatio pro tuorum honore sanctorꝝ quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxiliū. Per.

Cō Ego vos elegi. P⁹cō

Diuini muneris largitate saciati quesumus domine deus noster: vt intercedentibus sanctis tuis tymotheo et sympho-

riano patrociniis suffragātibꝫ et presētē nobis miam conferat et sēpiternā. Per. Lōgini martiris. Orō. Adesto dn̄e supplica. Se. Oblatis q̄s dn̄e placa. P'cō. Quesumus ops de' vt q̄ cele. ¶ In oct. assūptionis btē marie sicut in die excepto prosa. Hac clara.

¶ In festo scti bartholomei apostoli Int. Michi autem nimis Gloria in excel. Oratio.

Omps sēpiterne deus qui hui' diei venerandam scāmqꝫ leticiā bti apl'i tui bartholomei festiuitate tribuisti: da ecclesie tue q̄s: et amare qd̄ credidit et p̄dicate qd̄ docuit. Per. Ep'la. Jā nō estis hospi. R. Cōfitebūt celi. Allā. V. Vox scti bartholomei quasi tuba vehemēs est. ābulaut cum eo āgeli dei. Prosa. Clare scōꝝ. Scdm lucā

In illo tēpore: Facta ē cōtentio int discipsos iesu: quis eoꝝ videret eē maior. Dixit autē eis iesus Reges gentiū dominant eoꝝ: et q̄ potestatē habent super eos benefici vocantur. Vos autem non sic Sed q̄ maiorē in vobis fiat sicut minor. Et qui p̄cessor est. sicut ministrator. Nam qui maior est qui recumbit. an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum. sicut qui ministrat. Vos autē estis: qui permansistis mecum i tēptationibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit michi pater meus regnum: vt edatis et bibatis super mensam meam in regno meo. Et sedeatis super thronos iudicantes: duodecim tribus israel. Credo dicitur. Offertorium. Constitues eos. Secreta.

Beati apostoli tui bartholomei cuius nos solennia recensemus quesumus domine vt auxilio eius beneficia tua capiamus pro quo tibi hostias laudis offerimus. Per do. Prefacio de apostolis. Cō. Beati mūdo corde. Postcōmunio.

Sumptis domine pignoribꝫ salutis eterne celebram' beati bartholomei apostoli tui votiua

solennia: et perpetua merita venerantes de eiusdem semper patrociniis gratulemur. Per ¶ Ludouici regis et cõfessoris. Gaudeam⁹ oms i. Gloria in excelsis. Oratio

Deus qui beatum ludouicum confessorẽ tuum de terreno ac temporali regno ad celestis et eterni regni gloriam transtulisti eius quesumus meritis et itercessione regis regum iesu xpi filii tui nos coheredes efficias: et eiusdem regni tribuas esse consortes. Per eund. Epistola. Iustus cor suum tradet. ℟ Dñe preuenisti. ℣. Vitam petiit. Alleluya. ℣. Pater sancte ludouice fusa deo precum vice solue reos a sagena pctõꝝ et a pena. Prosa. Regem regum. Euangelium. Cõsiderate lilia agri. Offꝫ Filie syon. Secreta

Presta quesumus oṗs deus vt sicut beatus ludouicus confessor tuus per abundantiam gratie oblectamẽtis mundialibꝫ spretis solo regi christo placere studuit ita eius oratio nos tibi reddat acceptos. Per eundẽ. Cõ Iustũ deduxit. P⁹cõ

Deus qui almum confessorem tuũ ludouicum mirificasti in terris. q̃s: vt iam in celis gloriosũ effectum ecclesie tue constituas defensorẽ: eãqꝫ ei⁹ precibꝫ et meritis ab oĩ aduersitate liberare digneris. P.

Audoeni confessoris orõ

Deus q̃ perhẽnẽ gl̃am scissimi cõfessoris tui atqꝫ pontificis ãdoeni aĩe ꝯtulisti: tribue q̃s ei⁹ nos apd te ita patrociniis sublimari. vt cum eo vitam possideamus eternã. Per. Secreta.

Oblata q̃s dñe munera fidelis ppl̃i meritis btĩssimi patronis nr̃i ãdoeni reddant̃ accepta: vt ab oĩ ꝯtagione pctĩ hisdẽ q̃bꝫ famulamur misteriis: clemẽt̃ emũdari mẽamur.

Mense celestis ¶ p. P⁹cõ participatione vegetati supplices te rogamus omṗs deus: vt sicut de btĩ andoeni perpetua glorificatione annua celebritate gaudemus: ita apud te

ipsius itercessione ab omi mereamur aduersitate defendi Per. Rufi martiris. Orõ Adesto dñe supplicat. Se". Oblatis q̃s dñe. Postcõm. Quesum⁹ oĩs de⁹. Augustini epi. Int. In medio ecclesie aperuit. Glã in excelsis. Orõ.

Adesto supplicatõib⁹ nostris omps de⁹: et quibꝫ fiduciam sperande pietatis idulges. intcedete beato augustino cõfessore tuo atqꝫ pontifice: cõsuete mie tribue benignus effectum: Per. Epistola Ecce sacerdos. ℞. Inueni dauid. ℣. Nichil profi. Allã. ℣. Justus germinabit. prosa Superne matris. Euangeliũ. Homo quidam nobilis. Credo. Offr. Inueni dauid. Secreta

Sancti confessoris tui augustini nobis domine pia non desit oratio. que et munera nostra tibi cõciliet ꝛ tuam nobis indulgentiã semper obtineat. Per. Cõ. Fidelis seruus. Postcõmunio.

Ut nobis dñe tua sacrificia dent salutẽ btũs augustinus confessor ꝛ põtifex q̃s precator accedat. Per. Eodem die hermetis ꝛ iuliani. Int. Sal⁹ aũt iustoꝝ. Orõ

Intercessio dñe beatorum martirũ tuorũ iuliani ꝛ hermetis. ꝛ tuam nobis non desinat placere iustitiam: ꝛ nostrũ tibi deuotũ iugiter efficiat famulatum. Per. Epl̃a Justi aũt imperpetuum. ℞. Justoꝝ aĩe ℣. Uisi sunt. Allã. ℣. Justi epulent. Euange. Cum audieritis ꝑlia. Offr. Letamini. Se"

Sacrificiũ tibi dñe laudis offerim⁹ ĩ tuorũ cõmemoratõe scõꝝ. da q̃s: vt qd̃ illis contulit ad gloriam: nobis prosit ad salutẽ. Per. Cõ. Multitudo Postcõ

Repleti dñe benedictione celesti q̃s clementiam tuam: vt intercedentibꝫ beatis martiribꝫ tuis iuliano ꝛ hermete que humiliter gerim⁹ salubriter sentiamus Per. ¶ In decolatione scĩ iohannis baptiste Int. Glã et honore. Glã in ex. Orõ.

Sancti iohannis baptiste et martiris tui domine quesum⁹ venerã-

da festitas salutaris auxi-
lii nobis p̄stet effectū per d̄.
Epistola. Sancti ludibria.
℟. Posuisti domine. Allā. ℣. Jus
misso herodes spiculatore p̄ce-
pit amputari caput iohannis
baptiste. Prosa. Sancti bapti-
ste. Secundum marcum
In illo tempore: Misit
herodes rex ac tenuit iohā
nem ꝛ vinxit eū in carcerē:
propter herodiadē vxorem
frat̄s sui philippi. quia du
xerat eā. Dicebat enim io-
hannes herodi. Non licet t̄
habere vxorem fratris tui.
herodias autē īsidiabat̄ il
li: ꝛ uolebat eū occidere nec
poterat. herodes autē me
tuebat iohannem Sciens
eum virum iustum ꝛ sctm̄
ꝛ custodiebat eum Et audi
to eo multa faciebat: ꝛ libē
ter eum audiebat. Et cum
dies opportun⁹ accidisset:
herodes natalis sui cenā
fecit principib⁹ ꝛ tribunis
ꝛ primis galilee. Cum itro
isset filia ipsi⁹ herodiadis ꝛ
saltasset ꝛ placuisset herodi
simulq; discumbentibus.
rex ait puelle. Pete a me qd̄

vis: ꝛ dabo tibi. Et iurauit
illi. q̄a quitq̀d petieris da-
bo t̄: licet dimidium regni
mei. Quod cum audisset:
dixit mat̄ sue. Quid petā?
At illa dixit. Caput iohan-
nis baptiste. Cunq; intro
isset statim cum festinatōe
ad regē: petiuit dicens. Vo
lo vt ꝓtin⁹ des michi in di
sco: caput iohannis bapti-
ste. Et contristatus est rex
propter iusiurādū. ꝛ ꝓpter
simul discūbentes. noluit
eam contristari. sed misso
spiculatore precepit afferri
caput eius in disco. Et de-
colauit eum in carcere: ꝛ at
tulit caput eius ī disco. Et
dedit illud puelle: ꝛ puella
dedit matri sue Quo audi
to. discipuli eius venerunt
ꝛ tulerunt corpus eius: et
posuerunt illud in monu-
mento. Credo. Offer. In vir-
tute tua. Secreta.
Munera tibi domine ꝓ
sci martiris tui iohannis
baptiste passione deferim⁹
qui dum finitur in terris
factus est celesti sede perpe
tuus. q̄s vt eius obtentu

nobis proficiant ad salutē
Per. Cō. Magna est glā. pꝰcō
Cōferat nobis dñe scti
iohannis baptiste v-
trūqꝫ solennitas vt et ma
gnifica sacramentaqꝫ sūp
simus et sctificata venere-
mur ⁊ in nobis potius edi
ta capiamus. Per Codē die
sabine virginis. Cognoui dñe.
Orō. Exaudi nos deus sa-
lutaris nr̄. Epl'a Sapiētia
vincit maliciā ℞ Diffusa est
Allā. v̄. Loquebar. Euangeliū
Simile est regnū celorum
decem virginibꝫ Offꝫ. Filie
re. Se^{cr}. Accepta tibi sit dñe.
Cō Principes psecuti sūt. pꝰcō
Saciasti dñe familiā tuā.
¶ Sci fiacrii ↄfes. Int. Os iu
sti meditabit. Glā i ex. Oratio
Da quesumꝰ omp̄s deꝰ
vt beatus confessor
tuus fiacrius qui donis tu
is extitit gloriosus: apud te
pro nostris existat crimini-
bus interuentor ydoneus
Per do Codē die apli abbatis
Orō. Intercessio nos q̄s.
Epistola. Iustū deduxit do
minus ℞. Dñe preuenisti. Allā
v̄ Iustus vt palma. Prosa. Hic
scūs cuiꝰ. Euangelium. Vide
te vigilate. Offꝫ Veritas mea
Laudi tue dñe Se^{cr}.
hostias imolamꝰ in
tuorū cōmemoratione scō
rum quibus et nos presen
tibus exui maculis cōfidi-
mus ⁊ futuris. Per. Alia se^{cr}
Sacris altaribus Cō Bea
tus seruus. Postcommunio.
Refecti cibo potuqꝫ ce-
lesti deꝰ noster te sup
plices exoramus: vt in cu-
ius hec commemoratione
percepimꝰ eiꝰ muniamur
et precibus. Per Itē postcō.
Protegat nos ¶ Felicis ⁊ au
dacti Int. Sapientiā sctōrum.
Maiestatem tuā ¶ Orō
dñe supplices depre
camur. vt sicut nos iugit
sanctorum tuorum cōme-
moratione letificas ita sēp
supplicatione defendas.
Per Eplā Iusti autem im
perpetuum. ℞. Clamauerūt
iusti. Allā v̄. Iudicabunt. Euā.
Nolite arbitrari. Offꝫ. Leta
mini. Secreta.
Hostias dñe tue plebis
intende. et quas in honore
sanctorum tuorū deuota

mente celebrat proficē sibi
sentiat ad salutē. Per. Cō.
Quod dico vobis. P⁹cō
Repleti domine mune
ribus sacris quesumus. vt
intercedentibus sctīs tuis
in gratiarum tuarū semp
actione maneamus. Per.
Paulini epi ꝛ martiris. Collā.
Adesto domine suppli
cationibus nostris:
vt qui ex iniquitate nostra
reos nos esse cognoscim⁹:
beati paulini martiris tui
intercessione liberemur. P.
Munerib⁹ nr̄is q̄s. Se
domine precibusq;
susceptis et celestibus nos
munda misteriis: et clemē
ter exaudi. Per d. Postcōm.
Quesumus omps de⁹
vt q̄ celestia alimēta
percepimus: intercedente
btō paulino martire tuo p
hec contra omnia aduersa
muniamur. Per dominū.
In festo sci lupi epi. Int. Sta
tuit ei. Gloria in excelsis. Orō.
Deus qui phennē glo-
riam sanctissimi con
fessoris tui lupi atq; ponti
ficis anime cōtulisti: t̄bue
q̄s eius nos apud te patro
ciniis sublimari. vt cū: eo
vitā possideamus eternā.
Per. Eodē die prisci mart. orō
Omps sempiterne de⁹
fortitudo certācium
et palma martirum: solen
nitatem hodierne diei pro
picius intuere: ꝛ ecclesiam
tuā cōtinua fac celebritate
letari: vt intercessione btī
martiris tui prisci omniū
in te credentiū vota perfi-
cias. Per. Eodē die egidii ab-
batis. Oratio.
Pretēde nobis dn̄e mi
sericordiam tuam. et beati
egidii abbatis intercessio
cuius nos dedisti patroci-
niis adiuuari: t̄bue vt ma
iestatē tuā exoret p nobis
Per. Epl'a. Ecce sacerdos.
R. Dn̄e preuenisti. Allā. V. Iustus
germinabit. Prosa. Hic sanct⁹
cui⁹ Euangeliū. Homo qdā
pegre. Offr. Inueni dd. Se
Sancti tui q̄s domine
nos vbiq; letificent
ꝛ adiuuent vt dum eorum
merita recolimus patroci
nia senciamus. Per dn̄m.
Item alia secreta.

Eius tibi precibus domine grata reddat oblatio pro cuius patrociniis festiuitate est imolanda. Per. Item secreta.

Hostias tibi dn̄e beati egidii confessoris tui dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuū nobis tribue puenire subsidium. Per. Cō. Beatus seruus.

Postcommunio

Presta q̄s omp̄s deus. vt de perceptis munerib3 grās exhibentes: intercedēte beato lupo cōfessore tuo atq3 pontifice beneficia potiora sumam⁹. Per. Itē p⁹cō

Presta q̄s omp̄s deus. vt sacramenti tui participatione vegetati sci quoq3 prisci martiris tui precib3 adiuuemur. Per. Itē p⁹cōm

Diuini muneris largitate saciati q̄s domine deus noster: vt intercedente beato egidio confessore tuo huius semper participatione viuam⁹ per d.

Anthonini marti. Orō.

Omp̄s sempiterne de⁹ fidelium tuoꝝ indeficiens conseruator qui hūc diem gloriosi martiris tui āthonini clarificare dignat⁹ es solennitate: exaudi preces supplicantis ecclesie et p̄stā vt q̄ deuote expetit. eo suffragante consequi mereamur. Per. Secreta.

Placeat tibi dn̄e nostre deuotionis oratio: et munera q̄ tibi fideliter offerim⁹ beatissimi martiris tui anthonini obsecratiōib⁹ reddantur accepta. Per. P⁹ cō.

Da quesumus domine fidelibus populis sanctoꝝ tuoꝝ semper veneratione letari. et eoꝝ perpetua supplicatione muniri. p d. Aygulphi martiris. orō.

Omp̄s sempiterne deus qui beatū aygulphum martirem tuum hodierna die in passione fecisti victorem: da nobis tue propiciationis effectū: vt sicut illi palmā celestis cōtulisti triumphi ita nobis eius intercessionib3 veniā largiaris peccati. Per. Se"

Mistica nobis domine prosit oblatio q̄ nos

et a reatibus nostris expe-
diat: et ppetua saluatione
confirmet. Per. Postcõm.
Quesumus omps de⁹
vt reatum nostrum
munera nostra purificent:
et recte viuēdi nobis opan
tur effectum. Per dominū
Marcelli martiris Oratio.
Adesto domine suppl'. Se'
Oblatis dñe muēribz. p⁹cō
Prā q̄s omps de⁹. Memorii
sociorūqz ei⁹. Int. Intret in cō-
spectu. Oratio
Pretende nobis domi
ne miam tuam ⁊ beati me
morii sociorūqz eius inter-
cessio quoꝝ nos dedisti pa-
trocinis adiuuari. tribue
vt maiestatem tuā exoret
pro nobis. Per do. Epistola
Reddet deus mercedem ℟
Gloriosus deus. Allā. ℣ Judica
būt. Prosa. Mirabilis de⁹ Euā
geliū Descendens iesus de
monte. Offꝛ. Letamini Se'.
Munera tibi domine
nostre deuotionis of
ferimus que ⁊ pro tuorum
tibi grata sint honore scōꝝ
et nobis salutaria te mise
rante reddant. Per. Cōm.

Posuerunt. Postcō.
Presta nobis domine
q̄s itercedentibz scis tuis.
vt que ore ꝯtigimus pura
mente capiam⁹. Per. ¶ In
natiuitate btē marie Introitus
Gaudeamus omēs
in domino diem
festū celebrantes
sub honore sancte
marie virginis de cuius natiui
tate gaudēt āgeli et collaudāt
filium dei ps Natiuitas tua dei
genitrix virgo gaudiū annunci
auit in vniuerso mūdo. Gloria
in excelsis. Collecta.
Famulis tuis q̄s dñe
celestis gratie munus ipti
re: vt quibus beate virgi-
nis partus extitit salutis
exordium. natiuitatis ei⁹
votiua solennitas pacis
tribuat incremētum. Per.
Lectio libri sapientie.
Ego quasi vitis fructi
ficaui suauitatem odoris:
⁊ flores mei fruct⁹ honoris
⁊ honestatis. Ego mat̄ pul
cre dilectionis ⁊ timoris: et
agnitionis et sctē spei. In
me omnis gratia vie ⁊ ve
ritatis: i me oīs spes vite ⁊

virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me: et a generatõibꝫ meis implemini. Spiritus enĩ meus super mel dulcis: et hereditas mea super mel et fauũ. Memoria mea: in generatione sclorum. Qui edũt me adhuc esurient: et qui bibunt me adhuc sitient. Qui audiunt me nõ ꝯfundantur: et qui oprant̃ i me non peccabunt. Qui elucidant me: vitam eternam habebunt. ℟. Benedicta. Alleluya. ℣. Natiuitas gloriose virgis marie ex semine abrahe orta de tribu iuda clara ex stirpe dauid. Prosa. Alle celeste. Euãgelium. Liber generationis Credo Offꝫ. Aue maria Se[cre]ta.

Unigeniti tui domine nobis succurrat humanitas: vt qui natus de virgine matris integritatẽ nõ minuit sed sacrauit. ĩ natiuitatis eius solẽniis. a nostris nos piaculis exuens oblationem nostram sibi faciat acceptam. Qui tecum. Prefatio Et te in natiuitate. Cõ Bta viscera. P[ost]cõ

Sumptis dñe celebritatis ãnue votiua sacramẽta. presta quesumus ĩtercedẽte beata sẽper virgine maria: vt et tẽporalis nobis vite remedia prebeant et eterne Per ¶ Eodẽ die adriani martiris. Int. Letabit. Oratio. Presta quesumus. Epla. Justꝰ si morte. ℟. Domine preuenisti Allã. ℣ Disposui Euangeliũ. Si quis vult. Offꝫ. Glã et honore. Secreta Munera. Cõ Posuisti P[ost]cõ. hec nos ꝯmunio. ¶ Gorgonii marti Int. Gloria et honore

Sanctus ¶ Collecta. gorgonius domine sua nos intercessione letificet. et pia faciat solennitate gaudere. Per. L[ecti]õ libri sapie.

Dilectus deo et hominibus: cuius memoria in benedictione est. Similem fecit illum ĩ gloria scõrum: et magnificauit eũ in timore inimicorum: in verbis suis mõstra placuit. Glorificauit illum in ꝯspectu regum: et iunxit illi coronam populi sui: et ostẽdit illi gloriã suã. In fide et lenitate

ipsi⁹ sanctũ fecit illũ: et elegit eũ ex omni carne. Audiuit enim voce ipsius: ⁊ īduxit illũ ī nube. Et dedit illi pcepta ⁊ legē vite: ⁊ discipline. ℟. Posuisti dñe. Alleluya. ℣ Beatus vir qui timet. Euãge. Si quis vult Offꝫ. In virtute tua dñe letabitur Secreta

Grata tibi sit dñe nostre seruitutis oblatio p qua scũs gorgoni⁹ intueniat. Per. Cõ. Posuisti do. Familiã tuã de⁹ p⁹cõ. suauitas illa contingat ⁊ vegetet: que in martire tuo gorgonio christi tui bono iugit̃ odore pascatur. Per do. Prothi et iacincti martirũ. Int. Iudicabũt sci. orõ

Beatorũ nos domine prothi et iacincti foueat preciosa confessio. et pia iugiter intercessio tueatur. Per. Epistola. Qui timent dnm̃. ℟ Vindica. Alleluya. ℣. Laudate dnm̃ in scis eius laudate eum in firmamento virtutis eius. Euangelium. Ecce ego mitto. Offꝫ. Gloriabuntur. Secreta.

Pro sctõꝝ tuoꝝ prothi ⁊ iacincti commemoratõe munera tibi dñe q̃ debemus exsoluim⁹. presta quesumus vt remediũ nobis perpetue salutis operẽtur. Per. Cõ. Signa eos. Postcõ.

Ut percepta nos dñe tua scã purificẽt vti prothi et iacincti nos commendet orõ. Per. Maurilii õis episcopi. Oratio. Da q̃s ops de⁹ Secreta Sci tui q̃s dñe nos vbiqꝫ. p⁹cõ. Presta q̃s

In exultatõe scẽ crucis Int. Nos autẽ gl'ari. Gl'a i ex. Orõ

Deus qui nos hodierna die exultationis sctẽ crucis annua solenmitate letificas. prã quesum⁹: vt cuius misterium in terra cognouimus eius redẽptionis premia cõsequamur. Qui tecum. Ad corinthios.

Fratres: Nõ enim misit me christus baptizare: sed euãgelizare. Nõ in sapientia verbi: vt non euacuet̃ crux christi Verbũ enim crucis pereuntibꝫ q̃dem stulticia est. hiis autẽ qui salui fiunt idest nobis virtus dei est. Scriptum ẽ

enim. Perdam sapientiã sapientiũ. & prudētiam prudentiũ reprobabo. Ubi sapiẽs? Ubi scriba? Ubi iq̄sitor huius scli? Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Nam qui ĩ dei sapiẽtia non cognouit mundus: p sapientiam domini placuit deo. per stultitiam predicationis saluos facere credentes. Quoniã & iudei signa petũt: & greci sapientiã querũt? Nos aũt p̄dicam⁹ christũ crucifixũ: iudeis quidã scandalum gentibus autem stulticiã. Ipsis autem vocatis iudeis atq; grecis: christũ dei virtutem et dei sapientiã. Quia quod stultũ est dei: sapientius est hominibus Et quod infirmum est dei: fortius est hominibus. ℟. Xpistus fact⁹ est. ℣ Propter qd̄. Allã. ℣. Dulce lignum. Prosa. Laudes crucis. Scd̄m iohannẽ

In illo tempore: Dixit ies⁹ nichodemo. Nemo ascendit in celum: nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hoīs: Ut omnis qui credit in eũ non pereat: sed habeat vitam eternam. Sic eni de⁹ dilexit mũdum: vt filium suum vnigenitum daret. Ut omnis qui credit in eũ non pereat: sed habeat vitam eternã. Non enim misit deus filium suũ ĩ mundũ vt videret mundum: sz vt saluetur mũd⁹ per ipsũ. Credo. Offr. Protege. Se.

Deuotas dñe humilitatis nostre preces & hostias mĩe tue cõmittet auxilium: & salutẽ q̄ p adã ĩ paradiso ligni clauserat temerata presumtio: ligni rursum fides aperiat. p d. Prefatio. Qui salutem humani generis in ligno. Cõ

Per lignũ serui. P⁹cõm

Iesu christi domini nostri corpore et sanguine saginati per quem crucis est sanctificatum vexillũ: q̄s domine deus noster vt per hec sancta que sumpsim⁹ perhennitatis eius gloria

salutari potiamur effectu. Per ¶ Eodē die cornelii et cypriani. Int. Sacerdotes dei ꝛc.

Infirmitatem nrām q̄s dn̄e propicius respice: et mala oīa que iuste meremur sanctoꝝ martirꝝ tuoꝝ pariterq; pōtificum cornelii ꝛ cypriani intercessione auerte. Per. Epla. Expectatio iustoꝝ. ℞. Sacerdotes ei9. Allā. ℣. Iusti autē. Scd'z

In illo tp̄e: ¶ matheū Dixit iesus turbis iudeorum ꝛ phariseoꝝ. ve vobis qui edificatis sepulcra prophetarum: et ornatus monumenta iustorum: et dicitis. Si fuissemus socii eoꝝ in sanguīe prophetaꝝ Itaq; testimonio estis vobismetipsis: q2 filii estis eorū qui prophetas occiderūt Et vos implete mēsuram patrū vestroꝝ. Serpentes genimina viperarū quomodo fugietis a iudicio gehēne Offꝛ. Mirabilis Se'.

Plebis tue dn̄e munera benignus intēde q̄ maiestati tue pro sctōꝝ martirꝝ tuoꝝ atq; pōtificū cornelii ꝛ cypriani solennitate sunt dicata. Per d. Cō Beati mundo corde. Postcōm.

Quesumus domine salutaribus repleti misteriis vt quoꝝ solennia celebramus: eoꝝ orōnib; adiuuemur. Per do ¶ In oct. scē marie sicut in die excepto q̄ hec prosa dicitur. Hac clara die ¶ Nichomedis martiris. Int. Letabitur iustus. Collecta

Adesto domīe populo tuo: ꝛ beati nichomedis martiris tui merita p̄clara suscipiens ad impetrādam misericordiā tuā semper ei9 patrociniis adiuuemur. Per. Epla. Beat9 vir qui inuent9. ℞. Gloria et hōre. Allā. ℣. Beat9 vir q̄ suffert Euā. Si q̄s vlt p9 me veīe. Offꝛ. In virtute. Se'.

Suscipe dn̄e munera p̄pici9 oblata q̄ maiestati tue bti nichomedis martiris cōmendet orō Per Cō Sint lūbi. Postcōm.

Purificet nos dn̄e sacramēta q̄ sūpsim9 ꝛ itercedēte btō nichomede martire tuo a cunctis efficiāt vi

ctis absolutos. Per. Eufemie virginis et mar. Int. Vultū tuum deprecabuntur. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui infirma mūdi eligis vt fortia queqꝫ confundas: concede propicius. vt q̄ beate eufemie virginis et martiris tue solennia colimus eius apud te patrocinia sentiamus. Per. Epl'a. Dn̄e deus meus. R. Propt veritatē. All'a. V. Adducent regi virgies. Euāge. Simile est regnū celorū decē virginibꝫ. Offer. Offerent. Secreta.

Presta q̄s domine deus noster vt sicut in conspectu tuo mors est preciosa scōrū: ita eorū merita venerantium accepta tibi reddat oblatio. Per. Cō. Quinqꝫ prudentes. Postcommunio.

Sanctificet nos quesumus dn̄e tui perceptio sacramēti: ꝛ intercessio btē eufemie virgīs ꝛ mratiris tue tibi reddat acceptos. Per. Lucie ꝛ geminiani. Orō.

Prā dn̄e q̄s p̄cibꝫ nris cū exultatione prouectū: vt quorū dn̄e passionis ānua deuotione recolimus. etiā fidei constantiā subsequamur. Per. Secreta

Uota populi tui dn̄e propicius itende: vt quorū nos tribuis solennia celebrare fac gaudere suffragiis. Per. Postcommunio.

Exaudi dn̄e p̄ces nrās vt scōrū tuorū quorū festa solēnit' celebram' ꝯtinuis foueamur auxiliis. P.

Lamberti mar. Orō. Prā q̄s omnipotens deus. Se'. Muneribus nris p'cō. Da q̄s dn̄e.

Ferreoli matiris. Orō.

Deus qui beatū ferreolū matirē tuū contra hostis antiqui seuitiam dimicantē angelica visitatione confortasti: ipsius intercedentibꝫ meritis ab oīnos peccatorū vinculo absolue: et ī eterna leticia fac gaudere cū illo. Per Secre'.

Munera tibi dn̄e p btī ferreoli martiris passione deferim': q̄s vt eius obtentu nobis p̄ficiant ad salutē. Per. Postcommunio.

Omnipotens sempiterne de' btī ferreoli martiris tui

merita recolentibꝫ: da ve-
niam de cunctis sceleribꝫ:
facqꝫ eos gaudiis sẽpiter-
nis perfrui. Per. ¶ In vigi
lia scĩ mathei apl'i. Introitus.
Ego autẽ sicut oliua fructi
ficaui ĩ domo dñi spaui ĩ
mia dei mei et expectabo nomẽ
tuũ qm̃ bonũ est ante cõspectũ
scõꝝ tuoꝝ. ps. Quid gloriaris
in malicia q̃ potẽs es ĩ iniq̃tate
Si dñica fuerit dr Glã ĩ ex. orõ
Da q̃s omps deus. vt
beati mathei apl'i et
euãgeliste quã preuenim᷒
venerãda solẽnitas. et de-
uotionẽ nobis augeat ⁊ sa
lutẽ. per. Epla Beat᷒ vir q̃
inuenit. ℟. Iustus vt palma.
Si dñica fuerit. Allã. ℣. Nimis
honorati sũt. Scdm lucam.
In illo tpe: Vidit ies᷒
publicanũ nomine
leui. sedentẽ in theloneum
et ait illi. Sequẽ me. Et re
lictis oibꝫ: surgẽs secutus
est eũ. Et fecit ei cõuiuium
magnũ leui: in domo sua.
Et erat turba multa publi
canoꝝ: ⁊ alioꝝ qui cũ illis
erant discumbentes. Et
murmurabant pharisei ⁊
scribe eoꝝ: dicentes ad di-
scipulos suos Quare cum
publicanis ⁊ peccatoribus
mãducatis ⁊ bibitis? Et re
spõdens ies᷒: dixit ad illos.
Non egent q̃ sani sunt me
dico: sed q̃ male habẽt. Nõ
enĩ veni vocare iustos: sed
pctõres ad penitẽtiã. Offꝛ.
Gloria ⁊ ho. Secreta.
Apostolici culminis re
uerẽtia offerentes dñe sa-
cra misteria q̃s. ut btĩ ma-
thei apl'i ⁊ euãgeliste pcibꝫ
cuius natalicia puenim᷒:
hec plebs tua semper ⁊ sua
vota depmat ⁊ desiderata
pcipiat. p. Cõ. Posuisti. p᷒cõ
Beati mathei apl'i tui
et euãgeliste q̃s dñe
supplicatione placatus et
veniam nobis tribue et re
media sempiterna cõcede.
Per. ¶ In die Introitus.
Os iusti meditabitur sapi
entiam et lingua eius lo
quetur iudicium lex dei eius in
corde ipsius. ps. Noli emulari
in malignãtibꝫ neqꝫ zelaueris
facientes iniquitatẽ Glã ĩ ex. el
Beati apl'i ⁊ euã Colã
gelisste tui mathei. q̃s

dn̄e p̄cibꝫ adiuuemur: vt quod possibilitas nr̄a non obtinet: eius nobis itercessione donetur. Per d. Lectio ezechielis prophete.

In diebus illis. Vidi et ecce ventus turbinis veniebat ab aq̄lone et nubes magna. et ignis iuoluens et splendor in circuitu eius Et de medio ei⁹ quasi species electri: hoc ē de medio ignis. Et ex medio eorū similitudo: quasi quattuor animaliū. Et hic aspectus eorū: similitudo hominis ī eis. Et quattuor facies vni quattuor penneum. Et pedes eorꝫ pedes recti: et plāta pedis eorꝫ quasi planta pedis vituli. Et scintille: quasi aspectus eris candētis. Et man⁹ hominis sub pennis eorū: in quattuor partes. Et facies ꝛ pennas per quattuor partes habebāt: iuncteqꝫ erant penne eorū alterius ad alterum. Non reuertebātur cū incederēt: sꝫ vnū quodqꝫ ante faciē suā gradiebatur. Similitudo autē vultus eorꝫ facies hoīs: ꝛ facies leonis a dextris ipsorū quattuor. Facies autē bouis: a sinistris ipsorꝫ quattuor. Et facies aquile: de super ipsorꝫ quattuor. Et facies eorū et penne eorꝫ extēte de super. Due penne singulorꝫ iūgebātur: ꝛ due tegebant corpora eorū. Et vnūquodqꝫ eorꝫ: coram facie sua ambulabat. Vbi erat spirit⁹ ipet⁹ illuc gradiebāt. nec reuertebāt cū ambularēt. Et similitudo aīaliū ꝛ aspectus eorū: quasi carbonū ignis ardentiū. Et quasi aspect⁹ lampadarū. ℟ Beatus vir. Allā ℣ Celi enarrant gloriam dei et opera manuū eius ānunciat firmamentum. Prosa Clare sctōꝝ. Secundum matheum

In illo tēpore. Cū trāsiret iesus: vidit hominē sedentem ī theloneo noīe matheū Et ait illi Seq̄uē me. Et surgens secut⁹ est eum. Et factū est discūbente eo in domo: ecce multi publicani et peccatores venientes discumbebant cum iesu ꝛ discipulis eius.

Et videntes pharisei: dicebāt discipulis eius Quare cū publicanis et peccatorib₃ mādūcat magister vester? At iesus audiens ait. Nō op⁹ est valētib₃ medic⁹ s₃ male habentib₃ Euntes autē discite: quid est miam volo ꝛ non sacrificiū. Non eni veni vocare iustos: sed peccatores ad penitentiā. Credo Offꝫ. Inueni. Secreta

Supplicationib₃ apostolicis bti mathei apostoli ꝛ euangeliste q̄s domine ecclesie tue cōmēdet oblatio cuius magnificis predicationib₃ erudit. Per Prefatio de aplis Cō. Magna

Perceptis dn̄e sacramentis btō aplō tuo et euangelista matheo interueniēte dep̄camur. vt que pro eius celebrata sūt glia. nobis proficiant ad medelam. Per d. ¶ Eodem die maure virginis. Oratio.

Deus qui nos annua beate maure virgīs tue solēnitate letificas: da vt quā veneramur officio. etiā pie conuersationis sequamur exemplō Per Se^{ct}.

Super has q̄s dn̄e hostias benedictio copiosa descēdat q̄ ꝛ sanctificationem nobis clementer operetur et de martirū nos solennitate letificet. Per d.

Sumpsim⁹ dn̄e ¶ P⁹cō celebritatis ānue votiua sacramenta. p̄stā q̄s vt ꝛ temporalis nobis vite remedia prebeant et eterne. ¶ Mauricii sociorūq₃ eius martirum. Int. Intret in conspectu Gloria in excelsis. Oratio.

Deus qui es sanctorū tuoꝝ splēdor mirabilis. quiq₃ hunc diē in honore btōꝝ martirū tuoꝝ mauricii exuperii candidi. victoris inocēcii ꝛ vitalis sociorūq₃ eorū martirio consecrasti: da eccl'ie tue de eorū festiuitate letari. vt apud tuā miam exemplis eorū ꝛ meritis adiuuemur. Per. Epla Stabūt iusti ℟ Timete dn̄m Allā ℣ Iusti epulēt. psa Mirabilis. Euā. Descēdens iesus de monte. Offꝫ. Mirabilis deus in sctis. Se^{ct}.

Respice dn̄e munera

que in sanctorum tuorum mauricii exuperii, candidi victoris inocentii et vitalis sociorumq; eorum cōmemoratione tibi deferimus: et presta: vt quorum honore sūt grata: eorum nobis fiat intercessione perpetua. Per. cō. Signa eos. p9cō

Celestib; refecti sacramētis et gaudiis supplices te rogamus dñe. vt quorum gloriamur triumphis protegamur auxiliis Per d. ¶ Tecle virginis. Orō

Quesumus omps deus vt nr̃a deuotio q̄ natalicia beate tecle virginis et martiris libēter suscipiat patrocinia eius semper accumulet Per Secreta

Offerimus tibi domine p̄ces et munera in honore scē tecle gaudentes prā q̄s: vt cōuenienter hoc agē et remediū sempiternum acquirere valeamus. Per.

Adiuuēt nos q̄s ¶ p9cō dñe et hec misteria q̄ sūpsimus: et bte tecle intercessio venerāda. Per ¶ Andochii martiris cū sociis suis fiat sicut de scō mauricio preter collectas

Deus festimabilis glorie qui hūc diem preclaro ādochii tirsi et felicis martirio ōsecrasti fac nos eorū interuētu ita alacres tuo insistere seruitio vt eorū ni eorūdē gaudii mēamur esse cōsortes. Per d. Secreta

Muneribus nostris. p9cō. Da q̄s dñe deus nr̃. ¶ Firmini epi et martiris fiat totum de cōmuni ¶ Eodē die pricipii epi et cōfessoris. Orō. Da que sumus omps Secreta. Sci tui quesumus dñe. p9cōm. Prā q̄s omps deus ¶ Cosme et damiani martirū Introit9 Sapientiā scōrū Glā i ex. Orō

Presta q̄s dñe deus vt qui sanctorum martirum tuorum cosme et damiani natalicia recolimus a cūctis malis imminentibus eorum intercessionib; liberemur. Per Epistola. Iustorum aīe. R Clamauerūt. Allā. V. Vindica dñe Euangeliū. Ecce ego mitto vos. Offerto. Gloriabūt

Santorū tuorū Secre Domine pia nō desit oratio que et munera nostra cōciliet et tuam nobis

idulgentiā semper obtine
ant. Per. Cō. Posuerūt p⁹cō
Protegat dn̄e q̄s popu
lum tuum participa
tio celestis indulta ꝯuiuit:
et deprecatio collata sctōꝝ
per d. ¶ In die michaelis Int
Benedicite dn̄m om̄s an-
geli eius potentes virtu
te qui facitis verbum eius ad
audiendam vocem sermonū ei⁹
p̄s. Benedic anima mea dn̄o
et omnia que intra me sunt no
mini scō eius Gloria in excelsis
Deus qui Oratio
miro ordine angelo-
rum misteria hominūqꝫ
dispēsas. concede propici⁹:
vt a quibꝫ tibi ministran-
tibus in celo semp assistit.
ab hiis in terra vita nostra
muniatur. Per. Lectio libri
apocalipsis beati iohānis apl̄i.
In diebꝫ illis. Signi-
ficauit de⁹ q̄ oportet
fieri cito: loquens per āge
lū suū seruo suo iohanni q̄
testimoniū phibuit verbo
dei: et testimoniū iesu xp̄i
quecūqꝫ vidit. Beatus qui
legit et qui audit verba p-
phetie hui⁹: ⁊ seruat ea que
in ea scripta sunt. Tēpus
eni ppe est Johānes septē
ecclesiis q̄ sūt in asya. grā
vobis et pax ab eo qui est. ⁊
q̄ erat et qui venturus est.
Et a septē spiritibꝫ q̄ in cō
spectu throni eius sūt: et a
iesu xp̄o q̄ est testis fidelis
primogenitus mortuorū.
⁊ princeps regū terre. Qui
dilexit nos et lauit nos a
pctis nostris: in sanguine
suo. ℟. Benedicite dn̄m om̄s
angeli eius potētes virtute qui
facitis verbū eius. ℣. Benedic
aīa mea dn̄o ⁊ oīa iteriora mea
nomē scm̄ eius Allā ℟ In ꝯspec
tu angeloꝝ psallā tibi dn̄e de⁹
me⁹. Prosa Ad celebres. Scdm
In illo ¶ matheum.
tempore. Accesserūt
ad iesū discipuli dicentes:
Quis putas maior est i re
gno celorum? Et aduocās
iesus paruulum: statuit eū
in medio eoꝝ. ⁊ dixit Amen
dico vobis. nisi conuersi fu
eritis et efficiamini sicut
paruuli. non intrabitis in
regnum celorum. Quicū-
qꝫ ergo humiliauerit se si-
cut paruulus iste: hic ma-

ior est in regnū celorum Et qui susceperit unū puulū talem in nomine meo. me suscipit. Qui auté scandalizauerit unum de pusillis istis q in me credunt: expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius. et demergatur in profundum maris. Ve mundo a scandalis. Necesse est enī: vt veniant scandala. Verūptamē ve homini illi: per qué scandalum venit. Si auté manus tua vel pes tuus scandalizat te abscide eū: et proice abs te. Bonum est tibi ad vitam igredi debilé vel claudum. quam duas manus vel duos pedes habenté mitti in igné eternū Et si oculus tuus scādalizat te: erue eū et proice abs te. Bonū tibi est cū vno oculo habentem in vitā intrare: q̄p duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne contempnatis vnū de pusillis istis. Dico enī uobis: quia angeli eorum in celis uident sēper facié patris mei: qui in celis est.

Credo. Offꝫ. Stetit angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureum in manu sua et data sunt ei incensa multa et ascendit fumus aromatum in conspectu dei allā. Secreta.

Hostias tibi dn̄e laudis offerimus supplicit deprecantes ut easdem angelico pro nobis interueniente suffragio et placatus accipias. et ad salutem nostram puenire ɔcedas Per Cō. Benedicite omnes angeli dn̄i dn̄o hymnum dicite et super exaltate eum in secula. Postcō.

Beati archāgeli tui michaelis et oīm ciuiū supernorꝫ itercessione sufulti supplices te domine deprecamur: ut quod hōre prosequimur: cōtingamus et méte. Per ¶ Hieronimi presbiteri. Int. In medio ecclesie. Gloria in excelsis. Oratio

Ecclesiam tuā q̄s dn̄e pia miseratione custodi quā beatissimus confessor et sanctus tuus hieronimus a cunctis te psidiāte purgauit heresibus ipsius orōnibus nō desinas nos mo

mentis omnibꝫ adiuuare
Per. Epl'a Justum deduxit
R. Domine preuenisti. Allã. V.
Justus germinabit. Prosa. Su
perne matris. Euangeliũ. Vi
gilate quia nescitis. Credo
dicitur. Offr. Cõfitebũt Se˜.

Accepta sit i cõspectu
tuo domine nrã de-
uotio ⁊ nobis fiat supplica
tione salutaris. p cuius so-
lennitate deferẽ. Per. Cõ.
Sint lumbi require. Postcõm

Exultet domine ppl's
tuus i scti hieronimi
cõmemoratione. ut cuius
votiuo letatur officio reue
letur auxilio. Per d. ¶ In fe
sto sancti remigii episcopi et cõ
fessoris. Introitus. Statuit ei
dominus. Gloria in excel. Orõ

Deus qui per beati re-
migii episcopi et con
fessoris documẽta frãcorũ
colla t subdidisti ferocia:
largire supplicibus tuis:
vt per iter salutis quo idẽ
pastor incessit dono tue pi-
etatis ad te gradiamur. p.
¶ Eodẽ die germani epi Orõ

Exaudi domine ppl'm
tuũ cũ sancti ↄfesso-
ris tui germani atqꝫ põti-
ficis patrocinio supplican
tem: vt ⁊ temporalibꝫ nos
tribuas pace gaudere ⁊ etẽ-
ne reperire subsidiũ. Per d.
Epistola. Ecce sacerdos. R.
Inueni dauid Allã. V Jurauit
dominꝰ. Prosa. Hic sanctꝰ cuiꝰ
Euangelium. Homo quidã
nobilis. Offr. Veritas mea.

Placeat tibi ¶ Secreta.
domine nostre deuo
tionis oratio. et munera q̃
tibi fideliter offerimus. be
atissimi remigii obsecrati-
onibꝫ reddantur accepta.
Per dominum. Itẽ secreta.

Accepta tibi sit dñe sa
crate plebis oblatio.
pro tuoꝝ honore sanctorũ
quoꝝ se meritis percepisse
de tribulatione cognoscit
auxilium. Per dñm. Cõ.

Domine quiqꝫ. Postcõ
Reparationis nostre
misteria sumentes quesu-
mus domine deus noster.
vt beati remigii orõnibus
fulciamur et visionis tue
gloria perfruamur. Per d.

Purificent ¶ Itẽ postcõ
nos dñe sacramẽta

que sumpsimus. et intercedente beato germano confessore tuo atq; pontifice. a cunctis viciis efficiat absolutos. Per d. ¶ Leodegarii martiris Int. Letabitur iustus Gloria in excelsis. Oratio

Hac quesumus omps de9: ut venerabilis leodegari9 sacerdos et martir et sacris nos exerceat istitutis et pia semper efficiat cōfessione cōstantes. Per. Epistola Beatus vir qui in sapientia. R. Dñe preuenisti Allã. V. Beatus vir qui. Prosa Hic sanctus cuius Euangeliũ. Si quis vult venire. Offr. Posuisti. Secreta

Suscipe domine munera propici9 oblata. que maiestati tue beati leodegarii martiris tui commēdet oratio. Per. Cõ. Magna est gloria Postcõmunio.

Quesumus domine salutarib9 repleti misteriis: ut quorũ solennia celebramus eorũ orationib; adiuuemur. Per. Gengulfi martiris. Oratio

Deus qui nos ãnua bti gēgulphi martiris tui gloriose passionis solennitate letificas solidata pietatis tue largitate cõcede benign9. ut cuius famosũ victorie triumphũ pio amore ueneramur in terris. societatis eius leticiã adipisci te largiente mereamur in celis. Per. Secreta.

Adesto domine pcib; populi tui adesto muneribus ut que sacris sũt oblata misteriis: tuorũ tibi placeant intercessione sanctorum. Per. Postcommunio.

Sumpsimus domine pignus redēptionis eterne sit nobis qs. interueniēte beato gengulpho martire tuo vite presentis auxilium pariter et future Per. ¶ Sci frãcisci ɔfes. Orõ.

Deus qui ecclesiã tuã beati francisci meritis fetu noue prolis ãplificas: tribue nobis ex ei9 imitatione terrena despicere. et celestium donorũ semper participatione gaudere. P

Munera tibi dñe Se dicata scifica et iterce

dñe te btõ francisco ab omi nos culparum labe purifica. Per. Postcommunio

Ecclesiã tuã quesum⁹ domine gratia celestis amplificet. quã beati francisci illuminare voluisti. gloriosis meritis et exẽplis. Per. Fidis virginis Orõ

Omnipotẽs sempiťne de⁹ castoꝝ corporũ cõseruator ⁊ custos pius ecclesie tue pcibꝫ adesse dignare: et itercedente beata virgine tua fide mentibꝫ nris pius illabẽ: ⁊ spiritalis vite nobis tribue puritatẽ Per

Maiestatem tuam Se" nobis domine quesum⁹ hec hostia reddat imolãda placatem: et tuorũ tibi digna fiat postulatione sanctorũ. Per. Postcõm

Sacramentis domine muniamur acceptis ⁊ sanctorum tuorum intercessione cõtra omẽs nequicias irruẽtes armis celestibꝫ ptegamur. Per. Marci pape ⁊ cõfessoris. Int. Sacerdotes dei. Oratio

Exaudi quesum⁹ dñe preces nras ⁊ iteruueniente beato marco cõfessore tuo atqꝫ pontifice. supplicationes nrãs placat⁹ intẽde. Per Epla Ecce sacerdos ℟ Inueni dauid. Allã ℣ Posui adiutorium. Euangeliũ. Homo quidam nobilis. Offr. Veritas mea. Secreta.

Mistica nobis domine prosit oblatio que nos et a reatibus nostris expediat ⁊ perpetua saluatione confirmet. Per. Cõ. Beatus seruus. Postcommunio.

Quesumus omps de⁹ vt et reatum nostrum munera nostra purificẽt: et recte nobis viuendi operenť effectũ. Per. Demetrii martiris Oratio.

Da quesum⁹ omps deus. vt beatus demetrius martir qui donis tuis extitit gloriosus. apud te p nobis existat ydoneus interuentor. Per. Secreta.

Hostias tibi domine p cõmemoratione scti demetrii martiris tui offerim⁹ supplicitẽ deprecãtes: vt sicut illi prebuisti sacre

fidei claritatem: sic nobis idulgentiã largiaris et pacem. Per. Postcommunio.

Sumẽtes dñe gaudia sempiterna diuini pticipatione sacramẽti. prãqs: vt qui beati demetrii martiris tui natalicia celebram⁹ pcib3 adiuuemur. Per ¶ In festo sanctorum dyonisii rustici et eleutherii. Introit⁹ Intret i cõspectu Glã i ex. Orõ

Presta quesumus ops deus ut sicut deuotissime populus christianus ad sanctorum martirũ tuorum dyonisii rustici et eleutherii temporalem solẽnitatẽ concurrit: ita perfruatur eterna et quod votis amantissime celebrat. pio comprehẽdat effectu. Per. Epistola. Stabũt iusti. R. Gloriosus deus. Allã. V. Iudicabunt sancti. Prosa. Mirabilis. vel Gaude prole. Euangelium. Descendens iesus de mõte Offer. Letamini in domino. Secreta.

Hostia domine quesumus quã i sctõrum tuorum dyonisii rustici et eleutherii natalicíis recẽsẽtes offerim⁹. et vincula nostre prauitatis absoluat et tue nobis misericordie dona cõciliet. Per Cõ Posuerunt. Postcõm.

Quesumus omps deus vt qui celestia alimẽta percepimus intercedentibus sctis tuis dyonisio rustico et eleutherio per hec cõtra omnia aduersa muniamur. Per. ¶ Calixti pape. Oratio.

Deus qui nos cõspicis ex nostra ifirmitate deficẽ: ad amorem tuum nos misericorditer per sctõrum tuorum exempla restaura. Per Se"

Mistica nobis dñe psit oblatio que nos et a reatib3 nostris expediet et perpetua saluatione cõfirmet. p. Postcommunio

Quesumus omps de⁹ vt reatum nostrum munera sacra purificẽt. et recte viuẽdi nobis operẽt effectũ. Per ¶ Leonardi abbatis. Int. Os iusti. Oratio. Intercessio nos qs dñe Epistola. Iustũ deduxit. R. Os iusti Allã. V. Iustus vt palma. Prosa. Hic sanct⁹ cuius. Euãge. Videte

vigilate. Offr. Veritas. Se.
Sacris altaribus Cō. Bea-
tus seru9 P9cō Protegat nos
domine ¶ Eodē die basoli cō
fessoris. Oratio.
Deus qui hodiernam
diē sacratissimā nobis bti
basoli cōfessoris tui solēni-
tate tribuisti: adesto propi-
cius ecclesie tue p̄cibus vt
cuius gloriatur meritis.
muniatur suffragiis. Per.
Laudi tue dn̄e Se.
hostias imolamus i
tuorum commemoratione
scōꝝ quib9 et nos p̄sentibꝫ
erui malis confidimus et
futuris. Per. Postcōmunio.
Refecti cibo potuqꝫ ce-
lesti de9 noster te sup
plices exoramus: vt cuius
hec commemoratione pce
pimus eius muniamur et
precibus Per Bercharii mar
tiris. Int. Letabitur iust9. Gla
in excelsis. Collecta.
Tuus martir bercha-
rius quesum9 domine nos
vbiqꝫ letificet: vt dum ei9
merita in presenti festiuita
te recolimus. patrocinia i
augmento virtutum senti

amus. Per. Epistola. Dilec
tus deo ꝛ hominib9. R. Po-
suisti domine. Allā. V. Beatus
vir qui suffert. Prosa. Hic sctūs
cuius. Euangelium. Si quis
vult post me venire. Offr.
Glā et honore. Secreta
Hec hostia quesumus
domine emūdet nostra de
licta et ad sacrificium cele
brandum subditorum cor
pora mentesqꝫ sanctificet
Per. Cō Qui vult veīre. P9cō
Supplices te rogam9
omp̄s deus. vt quos
tuis reficis sacramentis i-
tcedente beato berchario
martire tuo. tibi etiam pla
citis moribus dignanter
deseruire concedas. Per d.
¶ Luce euangeliste Introitus
In medio ecclesie aperuit. Glo
ria in excelsis. Collecta.
Interueniat p nobis
domine q̄s sanctus
tuus lucas euangelista: q
crucis mortificationem iu
giter in suo corpore pro tui
nominis honore portauit
Per dominū. Ad corinthios.
Fratres: Scitis grām
dn̄i nostri iesu christi:

quoniam ꝓpter nos egenꝰ factus est. et cū esset diues vt illiꝰ inopia vos diuites essetis. Et cōcilium in hoc do. Hoc enī vobis utile est: qui nō solum facere sed et velle cepistis ab āno priore Nunc vero ⁊ facto perficite vt quemadmodū promptus est animus volūtatis: ita sit ⁊ perficiendi ex eo qđ habetis. Si enim volūtas prompta est secundum id quod habet accepta est: nō secundum id quod nō habet. Non enī vt aliis sit remissio nobis autem tribulatio: sed ex equalitate in p̄senti tempore nostra abundantia illorum inopiam suppleat: vt ⁊ illoꝝ abūdātia inopie nostre sit supplemētum: vt fiat equalitas sicut scriptū est. Qui multum nō abundauit: ut qui modicum nō minorauit. Gratias autē deo: qui dedit eandem sollicitudinē pro nobis ī corde tyti. Qm̄ exhortationem quidē suscepit Sed cū sollicitior esset: sua uoluntate profectus ē ad nos Misimus etiā cum illo fratrem: cuius laus est in euangelio ꝑ omnes ecclesias. Nō solum autem: sed etiam ordinatus est ab ecclesiis comes peregrinationis nr̄e in hac gratia q̄ ministrat a nobis ad dn̄i gloriam et destinatam voluntatem nostram. Deuitantes hoc ne quis nos vituperet in hac plenitudine que ministratur a nobis. Prouidemus enim bona: non solum coram deo sed etiam coram hominibus ℞. Confitebuntur celi. Allā. ℣ Primus ad syon. Prosa. Clare sanctoꝝ. Euangeliū. Facilius est camelum. Credo dicitur. Offꝫ. In omnem Secreta.

Donis celestibꝰ da nobis quesumus dn̄e libera mēte seruire vt munera que deferimus interueniente euāgelista tuo luca et medelam nobis operāt et gloriam. Per. Prefatio de apostolis. Cō. Beati mundo corde. Postcommunio.

Presta quesumus oḿps deus vt id quod de sancto

altari tuo accepimus: precibꝫ beati euangeliste tui luce sanctificet aĩas nrãs per quod tuti esse possum⁹. Per. Eodẽ die iusti mar. Orõ.

Fortitudo fidelium et martirꝫ coronatoꝛ cuius gratia beatus iustus ĩ diuersis cruciatibꝫ sui nominis extitit auctoꝛ: concede propicius ipsius oratio num suffragiis omnium malignarum tẽptationũ nos esse victoꝛes. Per. Se̅.

Munera tibi dñe dicata sanctifica: et intercedente beato iusto martire tuo: per eadem nos placatus intende. Per d. P⁹cõ.

Hec nos cõmunio dñe purget a crimine ⁊ ĩtercedẽte beato iusto martire tuo celestis remedii faciat esse consoꝛtes. Per d.

¶ Sauiniani et potẽtiani martirum. Int. Sapientiam scõꝝ. Gloꝛia in excelsis dr. Oratio.

Maiestati tue dñe martirum tuoꝛum sauiniani et potentiani beata supplicatio cõciliet: vt qui te incessanter actibus nostris offendimus: istoꝝ precibus expiemur. Per. Ep̃la Justi autem imperpetuũ. ℞. Exultabunt. Alleluya. ꝟ. Justoꝛum anime. Prosa Mirabilis deus Euangelium. Nolite arbitrari. Offꝫ. Letamini. Se̅

Populi tui quesumus dñe tibi grata sit hostia. que in nataliciis scõꝝ martirum tuoꝛum solẽnitatibus immolatur. Per. Cõ. Posuerunt. Postcõmunio

Mistici domine repleti sumus votis ⁊ gaudiis. presta quesumus vt p intercessionem sanctoꝛum tuoꝛum. sauiniani et potentiani: que tempoꝛaliter agimus. spiritualiter consequamur. Per. Aderaldi cõfessoꝛis. Int. Os iusti. Glã ĩ ex. ¶ Orõ

Omnipotens sẽpiterne deus qui in meritis sancti aderaldi cõfessoꝛis tui sẽper es ⁊ vbiqꝫ mirabilis: quesumus clementiam tuam vt sicut ei eminentem gloꝛiam cõtulisti: sic ad promerendam misericoꝛdiam tuã eius p̃cibus adiuuemur. Per d.

Epistola: Iustū deduxit. R. Domine preuenisti. Allā. V. Iustꝰ germinabit. Prosa. Hic scūs cuius. Euangelium Vigilate quia nescitis. Offr. Veritas

Grata tibi sit dn̄e Seueri
Gnr̄e seruitutis oblatio. pro qua sanctꝰ aderaldus ꝯfessor tuus interuentor existat. Per. Cō. Beatus

Vseruus. Postcommunio.
Ut percepta nos domine tua sctā purificent: beati aderaldi quesumus imploret oratio. Per. Cilinie

Cvirginis. Oratio.
Crescat domine sēper in nobis sancte iocunditatis affectus: et beate cilinie virginis tue festiuitate augeatur. Per. Secreta.

Accepta tibi sit domine sacrate plebis oblatio: pro tuoꝝ honore sanctorū: quoꝝ se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per Postcōmunio

Saciasti domine familiam tuam muneribz sacris. eius quesumus interuentione nos refoue cuius solēnia celebramus. P.

DSeuerini episcopi. Orō
Deus qui beatum seuerinum confessorem tuum atqz pontificem hodierna die suscepisti. concede ppicius: vt qui eius gaudemꝰ meritis prouocemur exemplis: et per eius intercessionem veniam et vitam mereamur eternam. Per Se

Presēs oblatio fiat domine tuo populo salutaris. pro quo dignatus es patri te iuuēte hostiam immolare Qui viuis Pꝰcō

Diuinis domine muneribz saciati. quesumꝰ: vt beati seuerini salutaris victime desideratum sentiamus effectū. Per Crispini et crispiniani martirū. orō

Sanctorum martirum tuorum crispini ⁊ crispiniani natalicia celebramus supplices te rogamꝰ omnipotēs deus: vt quos celesti gloria sublimasti: eorum preces tuis adesse concedas fidelibz. Per Secreta

Munera ṫ domine oblata sanctifica. ⁊ intercedentibz sctis tuis crispino

et crispiniano. p eadē nos placat⁹ intēde. Per. P⁹cō

Oblatis quesumus domine placare muneribus: et opportunũ nobis t̃bue pluuie sufficiẽtis auxilium. Per dñm. Postcõ

Da nobis q̃s dñe pluuiã salutarem et aridam terre faciem fluẽtiis celestibus dignanter ĩfunde. Per d. ¶ Ad postulandum serenitatem. Collecta

Ad te nos dñe clamantes exaudi: & aeris serenitatem nobis tribue supplicãtib₃: ut qui iuste p peccatis nostris affligimur: mia tua preueniente clementiã tuã senciamus. Per d. Secreta.

Preueniat nos q̃s dñe grã tua semp et subsequatur. & has oblationes quas pro peccatis nostris nomini tuo consecrandas deferimus benignus assume: ut per ĩtercessionẽ scõrũ tuorum cunctis nobis p̃ficiant ad salutẽ. Per Pᵒcõ

Quesumus omp̃s de⁹: clemẽtiã tuã ut iundanciã coherceas ymbriũ. et hylaritatem vultus tui nobis impartiri digneris Per d. ¶ Missa ad repellẽdas tempestates. Collecta.

A domo tua dñe q̃s spiritales nequicie repellant̃ et aeriarum discedat malignitas tempestatũ & fulgurum. Per. Secreta.

Offerim⁹ tibi domine laudes et munera pro concessis beneficiis gratias referentes: et p concedendis semp suppliciter deprecantes. Per dñm. Postcõm

Omp̃s sempiterne de⁹ qui nos a castigan-

do sanas. et ignoscendo cõ-
seruas presta supplicibus
tuis: vt et tranquillitatib;
huius optate consolatiois
letemur: et dono tue pieta-
tis semper vtamur. Per d.

Contra paganos collã.

Omnipotens sempit-
ne deus i cuius manu sũt
oim potestates. et oim iura
regnorũ. respice in auxiliũ
christianorũ: vt gentes pa-
ganorũ que in sua feritate
confidunt: dextera tue po-
tẽtie oterãtur. Per. Secreta

Sacrificiũ dñe quod i-
molamus intẽde: vt
propugnatores tuos ab oĩ
eruas paganor; nequitia et
in tue ptectionis securitate
constituas. Per. Postcõm

Protector noster aspice
deus: et ppugnatores
tuos a paganorũ defende
periculis: vt ab omib; per
turbationib; submoti. libe-
ris tibi mentibus seruiãt.
Per d. Missa pro quacũq; tri
bulatione Collecta

Deus qui non mortem
sed penitentiam desideras
pcõr. pplm tuũ q̃s dñe ad
te conuerte ppicius: vt dñ
tibi deuotus extitit: iracũ-
die tue ab eo flagella amo
ueas. Per dñm. Secreta

Subueniat nobis q̃s
dñe sacrificii presen-
tis operatio: que nos et ab
erroribus vniuersis potent
absoluat: et a totius eripiat
perditionis incursu. Per d

Tuere nos q̃s Postcõ.
dñe tua sancta sumẽ-
tes: et ab omni ppici⁹ iniqui-
tate defẽde. Per d. Pro re-
ge seu iperatore Collecta

Deus regnorũ omniũ
et christiani maximẽ
protector imperii: da seruo
tuo iperatori nostro. N. tri-
umphũ virtutis tue sciẽter
excolere: vt qui tua cõstitu-
tione est priceps. tuo semp
munẽ sit potens. Per dñm

Suscipe dñe Se"
preces et hostias eccle-
sie tue p salute famuli tui
supplicãtis: et in ptectione
fidelium populorum anti-
qua brachii tui operare mi-
racula: vt superatis pacis
iimicis secura tibi seruiat
xpiana libertas. P d. P⁹cõ

Deus qui ad predican-
dū eterni regis euan-
gelium romanum imperi-
um preparasti: pretende fa-
mulo tuo imperatori nr̄o.
N. arma celestia. vt pax ec-
clesiarum nulla turbet̄ tē-
pestate bellor̄. Per dn̄m

Itē alia missa pro rege. collecta

Quesumus omīpotēs
de⁹ vt famulus tuus
rex noster qui tua miserati-
one suscepit regni guber-
nacula. virtutū etiā oīm p-
cipiat incremēta. qb3 decē-
ter ornatus ⁊ vitior̄ mon-
stra deuitare ⁊ hostes supe-
rare. et ad te q̄ via veritas
⁊ vita es gratiosus valeat
peruenire. Per. Secreta.

Munera q̄s dn̄e oblata
sanctifica: vt ⁊ nobis
vnigeniti tui corpus ⁊ san-
guis salubrit̄ fiant. et regi
ad obtinendam aīe corpo-
risq3 salutem: et pagendū
iniūctū officiū te largiente
vsq3quaq3 pficiāt. p. P⁹cō.

Hec domine oblatio sa-
lutaris famulum tu-
um. N. ab omnibus tueat̄
aduersis: quatinus ⁊ eccle-
siastice pacis obtineat trā-
quillitatem: ⁊ post istius tē-
poris decursum. ad eternā
pueniat hereditatem. Per
dn̄m. ¶ Cōtra psecutores et
male agentes Collecta.

Hostiū nostrorū domi-
ne q̄s elide superbiā: ⁊ eor̄
contumatiam dextere tue
virtute psterne. Per d. Se⁹

Huius domine q̄s vir-
tute misterii et a pro-
priis mundemur occultis
⁊ ab inimicor̄ liberemur i-
sidiis. Per dn̄m. Postcōm

Protector noster aspi-
ce deus: ⁊ ab inimico-
rū nos defende periculis:
vt omni turbatione sub-
mota: liberis tibi mentib3
seruiamus. Per d. ¶ Missa
ad postulandum scām sapienti-
am Collecta.

Deus qui per coeternā
tibi sapientiam hominem
cū nō esset cōdidisti: perdi-
tumq3 misericorditer refor-
masti. presta quesumus: vt
eadem pectora nostra in-
spirante te tota mēte ame-
mus: ⁊ ad te toto corde cur-
ramus. Per dn̄m nostrū.

Sanctificetur Secre^ta

Sanctificetur qs dñe huius nostre oblationis munus tua cooperante sapientia: vt tibi placere possit ad laudem et nobis proficere ad salutē. Per. Postcommunio

Infūde qs dñe de⁹ per hec scā q̄ sūpsimus tue cordibȝ nr̄is lumē sapie: vt te veracit agnoscam⁹ et fidelit diligam⁹. Per d. Missa ad postulandum fidem spem et caritatem. collecta

Omp̄s sempiterne de⁹ qui iusticiam legis in cordibȝ credentiū digito tuo scribis: da nobis fidei spei et caritatis augmentum: et vt mereamur assequi quod pmittis: fac nos amare qd precipis. Per d. Secreta

Emitte domine qs spiritū sctm̄ quod et hec munera preciosa nostra tuum nobis efficiat sacramētum: et ad hoc percipiendū nr̄a corda purificēt. Per d. in vnitate eiusdē. Postcō.

Christū nobis dñe tue caritatis infūde: vt quos vno celesti pane saciati: tua pietate facias concordes Per d. i vnitate eius dē. Missa p oi gradu eccle Col

Omp̄s sēpiterne de⁹: cui⁹ spiritu totū corp⁹ ecclesie scificatur et regit: exaudi nos p vniuersis ordinibȝ supplicātes: vt gratie tue munē ab oibȝ tibi gradibȝ fidelit seruiat. Per d. Se^ta

Da famulis tuis de⁹ idulgentiā pctōꝝ ꝯsolationē vite gubernationem perpetuā quo t fidelit seruiētes ad tuā iugiter miam ptigere mereamur. Per dn̄m. Postcō

Libera qs dñe ab hostibȝ tibi famulos supplicātes: vt i scā ꝯuersatione viuentes nullis efficiant aduersis. Per dn̄m Missa pro congregatione collecta.

Defende qs btā maria semp virgie itercedēte istā ab oi aduersitate familiā: et tibi toto corde pstratam ab hostiū propicius tuere clementer isidiis. Per Se^ta

Suscipe quesumus clementer oīs de⁹ oblationē nostre deuotionis: et

virtute hui9 sacramēti famulos tuos a cunctis protege aduersitatib3. Per d.

Postcō. Sumptis redēptionis nostre muneribus. presta quesumus misericors deus. eorum nobis celebratione tue protectōis contra omēs aduersitates subsidium. Per d.

Pro stabilitate loci collecta.

Omnipotens sempiterne de9. edificator et custos hierusalē ciuitatis supne: edifica et custodi locum istū cū habitatorib3 suis: vt sit in eo domicilium icolumitatis et pacis. Per d.

Secre. His sacrificiis dñe q̄s placatus intende: vt qui ppriis oramus absolui delictis non grauemur eternis: sed ab omnib3 liberemur aduersis. Per.

Postcō. Suscipe domine p̄ces nr̄as: et muro custodie tue hunc locum cū habitatorib3 in eo circunda: et omni aduersitate depulsa sit semper in eo domiciliū icolumitatis et pacis. Per d.

Missa p̄ cōcordia fratrū collā.

Deus largitor pacis et amator caritatis: da famulis tuis veram cum tua voluntate cōcordiam: vt ab omīb3 que nos pulsant tentatōib3 liberemur. Per dominū nostrū.

Se. His sacrificiis dñe quesum9 placatus itēde: vt qui propriis oramus absolui delictis: non grauemur eternis. Per d.

Postcō. Spiritum nobis domine tue caritatis ifū de: vt quos vno celesti pane saciasti: tua facias pietate concordes. Per dñm nostrū. I vnitate eiusdē.

Alia missa sacerdotalis collecta.

Omnipotens sempiterne de9 qui me peccatorem sacris altarib3 astare voluisti: et sācti nominis tui laudare potētiā. concede q̄s: per huius sacramenti misterium meorum veniā peccatorum: vt tue maiestati digne merar famulari. Per dominum.

Secreta. Da quesumus clementissime pater: per huius sacramenti misterium

meorum michi veniam peccatorum: ut non ad iudicium sed ad indulgentiam huius presbiteratus ordo michi proficiat sempiternam Per dominum. Postcom.

Aures tue pietatis mitissime deus inclina precibus meis. et gratia sancti spiritus illumina cor meum: ut tuis misteriis digne ministrare teque eterna caritate diligere merear. Per dominum. in unitate eiusdem.

Missa ad postulandum humilitatem collecta.

Deus qui superbis resistis: et gratiam prestas humilibus: auge in nobis vere humilitatis virtutem. cuius in se formam fidelibus unigenitus tuus exhibuit: ut nunquam indignationem tuam provocemus elati: sed potius semper pietatis tue capiamus dona subiecti Per eundem dominum. Secreta.

Hec oblatio domine deus nobis remissionem omnium peccatorum et vere humilitatis obtineat gratiam simulque ut a cordibus nostris concupiscentiam carnis et oculorum atque ambitionem seculi auferas quatinus coram te sobrie iuste pieque viventes: premia consequamur eterna Per dominum. Postcom.

Huius domine sacramenti perceptio peccatorum nostrorum maculas tergat: et nos per humilitatis exhibitionem: ad celestia regna perducat. Per dominum.

Missa ad postulandam patientiam collecta.

Deus qui unigeniti tui patientia antiqui hostis contrivisti superbiam: da nobis qui eisdem pie pro nobis pertulis digne recolere sicque exemplo eius nobis adversantia equanimiter tollerare. Per eundem. Secreta.

Munera nostre oblationis quesumus domine placatus suscipe: que ut nobis pacientie bonum condonare digneris maiestati tue devota offerimus actione. Per dominum. Postcommunio.

Sacrosancta domine sumentes misteria amissam quesumus nobis reconcilient gratiam atque munus pacientie in

illatis omnibus semper et ubiqz protegendo imparti=ant. Per. ¶ Missa ad repellā=das malas cogitationes collā.

Omnipotens et mitissime deus. respice propici⁹ preces nostras et libera cor=da nostra de malarū tēta=tionibz cogitationū: ut scti spiritus dignū fieri habi=taculū mereamur. Per do=minū. i unitate. Secreta

Has tibi domine offeri=mus oblationes pro salute nostra quatin⁹ aīas nostras ab imundis cogi=tationibz purges. illesasqz custodias et scīspiritus grā illuminare digneris. Per dn̄m. i unitate eiusd. Postcō

Deus q̄ illuminas oēm hominem venientē i hunc mundū. illumina q̄s corda nr̄a gratie tue splen=dore: ut digne maiestati tu e ministrare: teqz eterna caritate diligere valeamus Per dn̄m. ¶ Missa pro remissi one peccatorum collecta

De⁹ q̄ nullū respuis sz quāuis peccātibz p penitē=tiā pia miseratōe placaris respice ppici⁹ ad preces hu militatis nostre et illumina corda nostra: ut tua valea=m⁹ iplere p̄cepta. Per. Se^a.

Presens sacrificiū dn̄e quod tibi pro delictis nostris offerimus: sit tibi munus acceptū: et tā viuen tibz quā defūctis proficiat ad salutem. Per do. Postcō

Exaudi preces familie tue oр̄s deus et p̄stā: ut sancta hec que a te sūpsim⁹ incorrupta ī nobis te donā te feruent. Per dn̄m ¶ Missa p quacūqz tribulatione collā.

Ne despicias omnipo tens deus populum tuū in afflictione claman=tem: sed propter gloriā no=minis tui tribulātibz suc=curre placat⁹. Per. Secreta.

Suscipe dn̄e propicius hostias quibz et te pla cari voluisti: et nobis salu tem potēti pietate restitui. Per dn̄m. Postcommunio.

Tribulationem nostrā q̄s dn̄e ppici⁹ respice: et iram tue indignationis quam iuste meremur auer te. Per dn̄m. ¶ Pro quacūqz

D necessitate collecta.
Deus refugiū nostrū et virtus: adesto piis ecclesie tue p̄cibz auctor ipse pietatis et presta: vt quod fideliť petimus: efficaciter consequamur. Per d. Secreta
Da misericors deus: vt hec salutaris oblatio et a propriis nos reatibus indesignāter expediat et ab omibz tueať aduersis. Per dñm. Postcōm
Sumpsimus dñe sacri dona misterii humiliť dep̄cantes. vt que in tui cōmemoratione nos facere p̄cepisti: in nostre p̄ficiant īfirmitatis auxilium. Per do.
Missa ī tēpore belli Collecta
Omnipotens et misericors deus a bellorū nos turbine fac quietos: qz nobis bona cuncta prestabis: si pacem dederis mentis et corporis. Per d. Se.
Sacrificiū dñe qd̄ imolam⁹ placat⁹ itende: et ab oi nos eruat bellorū nequicia: et ī tue p̄tectionis securitate constituat. Per dñm
Postcommunio
Sacrosci corporis et sanguis dñi nři iesu xp̄i refectione vegetati supplices te rogamus omp̄s de⁹: vt hoc remedio sīgulari ab oīm peccatorū nos cōtagione purifices. et p̄iculorū munias īcursione cūctorū. Per eūd. Missa p̄ īimicis. collecta
Deus pacis caritatisqz amator et custos. da omibz inimicis nostris pacem caritatemqz verā cūctorūqz eis remissionem tribue peccatorū. nosqz ab eorū insidiis potenter eripe. Per dñm. Secreta
Oblatis quesumus domine placare muneribus et nos ab inimicis nostris clementer eripe. eisqz īdulgentiam tribue delictorū. Per dñm. Postcō.
Hec nos cōmunio dñe exuat a delictis. et ab inimicorum defendat insidiis. Per d. Missa pro elemosinis nobis facientibz. collecta
Deus qui p⁹ baptismi sacramentū secūdā abolitionem peccatorum elemosinis indidisti. respi

ce propici⁹ super famulos tuos pro quorum operibꝫ tibi gratie referunt: fac eos premio beatos. vt recipiāt ꝑ paruis magna. propter regni celestia. et ꝑ temporalibꝫ sempiterna. Per d. Se.

Deus qui tuoꝝ corda fidelium ꝑ elemosinā dixisti posse mūdari. da famulis tuis qui pauperibꝫ bona sua dederūt: ꝑ huius sacramenti misterium: vt ꝑcipientes hoc munere veniam peccatoꝝ in tuo cēsēt sorte iustoꝝ. Per d. P⁹cō

Purificent nos dñe q̄s sacramenta que sūpsimus: ⁊ famulos tuos ꝓpicius itende: q̄ diuina mandata recolentes opem idigētibꝫ subministrāt ⁊ pñā: et sicut eoꝝ deuotio nobis est necessaria. ita sit semp tibi accepta. Per do. Missa pro sterilitate terre Collecta

Da nobis q̄s domine pie supplicationis effectum: et pestilentiam famēq̄ꝫ propiciatus auerte vt mortaliū corda cognoscant. et te indignāte talia flagella prodire: et te miserāte cessare. Per d. Secreta

Deus qui humani generis vtranq̄ꝫ substātiam presentiū munerum et alimento vegetas. et renouas sacramento: tribue quesumus. vt eoꝝ et corporibus nostris subsidiū nō desit ⁊ mētibꝫ Per d. Postcō

Guberna quesumus dñe temporalibꝫ alimentis: quos dignaris eternis iformare misteriis Per Dñm. Missa pro peste animalium. Collecta

Deus q̄ laboribꝫ hoim etiam de mutis aīalibꝫ solacia subrogasti: supplicit te rogamus: vt sine quibꝫ non alitur humana conditio. nostris facias vsibꝫ nō perire. Per Dñm Secreta.

Sacrificiis dñe placatus oblatis opem tuam nostris temporibꝫ clementer ipende. Per. Postcō

Benedictionem tuam domine populus fidelis accipiat: qua corpore saluat⁹ ac mēte. et cōgruā tibi semp exhibeat serui-

tutem ⁊ propiciationis tue beneficia sẽp iueniat. Per.

¶ Missa generalis sci augustini. Collã.

Omnipotens sempiterne deus qui uiuorum dominaris simul ⁊ mortuorum. omnium quoque misereris quos tuos fide et opere futuros esse prenoscis. te suppliciter exoramus ut pro quibus effundere preces decreuimus. quosque uel presens seculum adhuc in carne retinet. uel futurum iam exutos corpore suscepit pietatis tue clementia omnium delictorum suorum ueniam ⁊ gaudia consequi mereantur eterna. Per dñm. Secreta.

Deus cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus: tribue quesumus ut intercedentibus sanctis tuis uniuersorum quos in oratione commendatos suscepimus et nomina omnium fidelium beate predestinationis liber ascripta retineat. Per dñm. Postcõ.

Purificent nos quesumus omnipotens ⁊ misericors deus: sacramenta que sumpsimus: ⁊ intercedentibus omnibus sanctis tuis presta: ut hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad penam: sed intercessio salutaris ad ueniam: sit ablutio scelerum sit fortitudo fragilium. sit contra mundi pericula firmamentum. sit uiuorum atque mortuorum fidelium remissio omnium delictorum. Per dominum.

¶ Alia missa generalis collecta.

Pietate tua quesumus domine nostrorum solue uincula peccatorum: ⁊ intercedente beata maria cum omnibus sanctis nos famulos tuos atque loca nostra in omni sanctitate custodi: omnesque consanguinitate et affinitate ac familiaritate nobis coniunctos a uiciis purga uirtutibus illustra: pacem et salutem nobis tribue. hostes uisibiles et inuisibiles remoue. carnalia desideria repelle. aerem salubrem indulge. amicis et inimicis nostris caritatem largire. et omnibus fidelibus uiuis et defunctis in terra uiuentium. uitam et requiem eternam concede. Per d. Se.

Deus qui in singularis corporis tui hostia totius mūdi soluisti delicta. hac oblatione placat⁹ maculas scelerum nostrorum absterge. ⁊ oīm xpianorum viuorum et mortuoꝝ peccata dimitte: et nobis premia eterna concede. Qui viuis ⁊ regnas. Postcō.

Sumpta quesum⁹ dn̄e sacramenta celestia omnia crimina nostra detergant: omnemqꝫ prauitatē ⁊ infirmitatem seu hosticā rabiem atqꝫ subitaneam mortem. meritis beate marie semper virginis et oīm sanctoꝝ a nobis procul repellant: et omnibus fidelibus viuis et defunctis prosint ad veniam pro quorū tibi sūt oblata salute. Per dn̄m ¶ Pro infirmo Collecta

Omnipotēs sempiterne de⁹ ꝯseruator aīaꝝ qui quos diligis corporis. ⁊ quos recipis pie ad emēdationem coherces te dn̄e deprecamur: vt medelam tuam conferre digneris in aīam famuli tui que i corpore patitur membroꝝ debilitatem viui laboris stimulos infirmitatem da ei dn̄e gratiam et misericordiam tuā: vt in hora exitus illius de corpore absqꝫ peccati macula tibi datori proprio per manus sanctoꝝ āgeloꝝ eius anima represētari mereat̄. Per d. Secreta

Adesto dn̄e supplicationibꝫ nr̄is et suscipe hostiā quā tibi offerimus pro famulo tuo iacentem in grabato salutem nō solū corporis sed aīe sue petenti. prā ei oṗs deus indulgentiā omnium iniquitatum suarum ꝑ imensā clementiam tuā et per intercessionē oīm scōꝝ tuoꝝ: vt per hoc qd̄ sustinet flagellū a sanctis āgelis tuis susceptus peruenire mereat̄ ad glorie tue regnum. Per

Postcommunio.

Gratias agim⁹ dn̄e multiplicibꝫ largitatibꝫ tuis: ex qbꝫ aīas i te sperantiū saciare ꝯsueuisti. ⁊ fisi de tua pietate ꝑcamur. vt misereri digneris famulo tuo ne ꝑ

ualeat aduersus eũ aduer sarius in hora exitus illi⁹ de corpore. sed transitũ me reatur habere ad vitã ppe tuã. Per d. Missa p defunctis.

Requiem eternam dona eis domine et lux perpetua lu ceat eis. ps. Te de cet hymnus deus in syon et tibi reddetur votum in hiel'm exau di orõnem meam ad te omis ca ro veniet. Collecta.

Inclina dñe aurẽ tuã ad preces nostras quibus misericordiã tuam suppli ces deprecamur: ut animã famuli tui quã de hoc secu lo migrare iussisti: in pacis ac lucis regione cõstituas. & sanctorũ tuorum iubeas esse consortẽ. Per dominũ.

Lcõ libri apocalipsis bti ioh. a.

In diebus illis. Audi ui vocem de celo di centem michi. Scribe. Be ati mortui: qui in domino moriuntur. Amodo enim iam dicit spiritus: ut requi escant a laborib⁹ suis. Ope ra enim illorum: sequũtur illos. Lcõ libri machabeorum.

In diebus illis Vir for tissimus iudas colla tione facta. duodecim mi lia dragmas argenti misit hierosolimã offerri ea ibi pro peccatis mortuorum iuste et religiose de resurre ctione cogitans. Nisi enim eos qui ciciderant resurre cturos speraret: superfluũ videretur et vanum orare pro mortuis. Sed quia cõ siderabat ꝙ hi qui cum pi etate dormitionem accepe rant: optimam haberẽt re positam gratiam. Sancta ergo et salubris est cogita tio pro defunctis exorare: ut a peccatis soluantur.

Ad thessalonicenses.

Fratres Nolumus vos ignorare de dormiẽtibus: ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non hñt Si enim credim⁹ ꝙ iesus mortuus ẽ et resurrexit: ita et deus eos qui dormierũt per iesum adducet cum eo hoc ei vobis dicim⁹ i verbo domini. quia nos qui viui mus qui residui sumus in aduentu domini: non pre

ueniemus eos qui dormie
runt. Quoniam ipse domi
nus in iussu et in voce ar-
changeli et in tuba dei de-
scendet de celo: et mortui q̄
in christo sunt resurgēt pri
mi. Deinde nos qui viui-
mus qui reliquimur simul
rapiemur cum illis in nu-
bibus obuiam christo in a
era: et sic semper cum domi
no erimus. Itaq3 consola-
mini inuicē: in verbis istis

Ad corinthios.

Fratres. Quoniā quidē
per hominem mors: et per
hominem resurrectio mor
tuorum. Et sicut in adam
omnes moriuntur: ita et in
christo omnes viuificabūt
Vnusquisq3 autem in suo
ordine: primicie vero chri-
stus. Deinde hi sūt christi:
qui in aduentu eius credi
derunt. Ad romanos.

Fratres Ecce misteriū
vobis dico. Omnes
quidem resurgemus: sed
non omēs immutabimur
In momento in ictu oculi:
in nouissima tuba. Canet
enī tuba et mortui resur-
gent incorrupti: et nos im-
mutabimur. Oportet ergo
corruptibile hoc iduere icor-
ruptionē: et mortale hoc in-
duere imortalitatē. Cū aūt
mortale hoc induerit imor
talitatē: tūc fiet sermo qui
scriptus ē Absorta ē mors ī
victoria. Vbi ē mors victo
ria tua? Vbi ē mors stimu
lus tuus? Stimulus aūt mor-
tis peccatū est: virtus vero
peccati lex. Deo aūt grās q̄
dedit nobis victoriā. Per ie
sum christū: dn̄m nostrum
℟. Requiem eternam dona eis
domine et lux perpetua luceat
eis. Vsus. In memoria eterna
erunt iusti ab auditione mala
non timebunt. V. Anime eorū
in bonis demorentur: et semen
eorum hereditet terrā. Vel aliud
℟. Si ambulem in medio vm
bre mortis non timebo mala
quoniam tu mecum es. V. Vir
ga tua et baculus tuus ipsa me
consolata sunt. Tractus.

Sicut ceruus desiderat ad
fōtes aq̄rū ita desiderat aīa mea
ad te deus. V. Sitiuit aīa mea ad
deum viuum qn̄ veniā et appa
rebo ante faciē dei mei. V. Fue-

runt michi lachrime mee panes die ac nocte dum dicitur michi per singulos dies ubi es deus tuus.

Item alius tractus.

De profundis clamaui ad te domine domine exaudi uocem meam. V. Fiant aures tue intendentes in orationem serui tui. V. Si iniquitates obseruaueris domine domine quis sustinebit. V. Quia apud te propiciatio est et propter legem tuam sustinui te domine

Uel alius tractus.

Absolue domine animas omnium fidelium defunctorum ab omni uinculo delictorum. V. Et gratia tua illis succurrente mereantur euadere iudicium ultionis. V. Et lucis eterne beatitudine perfrui. Secundum iohannem

In illo tempore. Dixit martha ad iesum. Domine si fuisses hic: frater meus non fuisset mortuus. Sed et nunc scio: quia quecunque poposceris a deo dabit tibi deus. Dixit illi iesus. Resurget frater tuus. Dixit ei martha. Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dixit ei iesus: Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me: etiam si mortuus fuerit uiuet. Et omnis qui uiuit et credit in me: non morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi. Utique domine Ego credidi quia tu es christus filius dei uiui: qui in hunc mundum uenisti.

Secundum iohannem.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis Omne quod dat michi pater ad me ueniet: et eum qui uenit ad me non eiciam foras. Quia descendi de celo non ut faciam uoluntatem meam: sed uoluntatem eius qui misit me. Hec est autem uoluntas eius qui misit me patris ut omne quod dedit michi non perdam ex eo sed resuscitem illud in nouissimo die. Hec est enim uoluntas patris mei qui misit me: ut omnis qui uidet filium et credit in eum habeat uitam eternam Et ego resuscitabo eum: in nouissimo die. Secundum iohannem.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorum. Ego sum panis uiuus qui de celo

descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternum. Et panis quem ego dabo: caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo iudei: adinuicem dicentes. Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Dixit ergo eis iesus. Amen amē dico vobis: nisi manducaueritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinē: non habebitis vitam in vobis. Qui mādūcat meam carnem et bibit meum sanguinem: habet vitam eternam. Et ego resuscitabo eum: in nouissimo die. Secundum iohannem

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorum Sicut pater suscitat mortuos et viuificat: sic et filius quos vult viuificat Neq3 enim pater iudicat quemquā sed omne iudiciū dedit filio: vt oms honorificēt filium. sicut honorificāt patrem. Qui nō honorificat filium: non honorificat patrem qui misit illum. Amen amen dico vobis: quia qui verbum meū audit et credit ei qui me misit: habet vitam eternā. Et in iudicium non venit: sed transiet a morte in vitam.

Secundum iohannem.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Amē amen dico vobis: quia venit hora et nunc est. quādo mortui audient vocem filii dei: et qui audierint viuent. Sicut enim pater vitā habet in semetipso sic dedit et filio vitam habere i semetipso Et dedit ei potestatem iudicium facere: quia filius hominis est. Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sūt audient vocem filii dei. Et procedent qui bona fecerunt: in resurrectionem vite. Qui uero mala egerunt: in resurrectionem iudicii. Secundum iohannem.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorum. Amē amē dico uobis: qui crediti me

habet vitã eternam. Ego sũ panis vite Patres vestri manducauerunt mãna in deserto et mortui sunt. Hic est panis de celo descẽdens: vt si quis ex ipso manducauerit: non moriaᵗ. S. iohẽm

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorum. Caro mea vere est cibꝫ: ⁊ sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem ⁊ bibit meum sanguinem: in me manet et ego in illo. Sicut me misit viuens pater: et ego viuo propter patrem. Et qui mãducat me: ⁊ ipse viuet propter me. Hic est panis qui de celo descẽdit. Non sicut manducauerunt patres vestri manna: et mortui sunt. Qui mãducat hunc panem: viuet in eternum. Offꝫ. Domine iesu christe rex glīe libera animas oīum fidelium defũctorꝝ de penis inferni et de profundo lacu libera eas de ore leonis ne absorbeat eas tartarꝰ ne cadãt ĩ obscura tenebrarum loca sed signifer sanctus michael represen-

in lucem sanctar[...]
abrahe promisisti [...]
℣. Hostias et pre[...]
ne offerimus tu [...]
illis quarum hod[...]
agimus fac eas d[...]
te transire ad vit[...]
Quam olim abr[...]
et semini eius.

Absolue q[...]
aīam fa[...]
omni vinculo [...]
vt in resurrec[...]
ĩter sanctos e[...]
resuscitatus [...]

Item a[...]
Presta [...]
vt aiam fa[...]
hostias [...]
mus [...]
fide [...]
tu[...]
co[...]
I[...]

pctōꝝ ū. Per d.
ia poſtcōm.
s oṗs deus: vt
i tui ab āgelis
tā: i preparata
deduci facias
im. Itē collecta.
empiterne de⁹
nquā ſine ſpe
supplicatur.
ime famuli tui
vita in tui no
ſione deceſſit.
orum nume
egari. Per d
iine Se.
onibꝫ no-
ſionē quā
em de-
li tui
me
cō
e

Queſumus domine p tua pietate miſerere anime famule tue: et a contagiis mortalitatis exutā in eterne ſaluationiſ partē reſtitue. Per. Secreta.

His ſacrificiis dn̄e q̄s aīa famule tue a pcīſ omnibus exuatur. ſine quibus a culpa nemo liber extitit: vt per hec pie placationis officia perpetuā miſericordiam conſequatur. Per dn̄m. Poſtcōm

Inueniat queſum⁹ domine anima famule tue lucis eterne cōſortium cuius perpetue gratie conſecuta eſt ſacramētū Per d

Pro patre ꝛ matre collecta

Deus qui nobis patrē ꝛ matrem honorare precepiſti: miſerere clementer animabus patris ꝛ matris mee eorumqꝫ peccata dimitte: meqꝫ cum illis in et̄ne claritatis gaudio fac viuere. Per dn̄m Se.

Suſcipe ſacrificiū domine. quod tibi pro animabꝫ patris et matris ...ffero: eiſqꝫ gaudium

sempiternũ in regione vi-
uorꝫ concede: meqꝫ cũ illis
felicitati sanctorꝫ cõiunge
Per dñm. Postcõm
Celestis participatio
domine sacramenti: aĩa-
bus patris et matris mee
requiem ⁊ lucem obtineat
perpetuam: meqꝫ cũ illis
gratia tua coronet eterna.
Per d. Pro congregatõe col
Deus venie largitor et
huãne salutis ama-
tor. q̃s immensam clemen
tiam tuam vt nostre con-
gregatiõis fratres sorores
parentes amicos et bene-
factores nostros qui ex hoc
seculo transierunt: beata
maria semper virgine int
cedente cum omnibꝫ sctis
ad perpetue beatitudinis
consortium peruenire con-
cedas. Per dñm. Secreta
Deus cuius misericor-
die non est numerus
suscipe propicius p̃ces hu-
militatis nr̃e ⁊ animabus
fratrum nostrorꝫ et sororũ
quibꝫ tui nominis dedisti
cõfessionem per hec sacra-
menta salutis nostre cunc
torum remissionem tribue
pctõrꝫ. Per dñm. Postcõ.
Presta quesumus ops
⁊ misericors deus: vt
aĩe fratrum nostrorꝫ ⁊ soro
rum pro quibus hoc sacri-
ficium laudis tue obtuli-
mus maiestati: per huius
virtutem sacramẽti a pec-
catis omnibus expiate lu-
cis perpetue te miserante
recipiant btĩtudinẽ. Per d.
Pro his qui in cimiterio re-
quiescunt. Collecta.
Deus in cuius misera-
tione anime fidelium req-
escũt famulis et famulabꝫ
tuis omnibus hic et vbiqꝫ
ĩ xp̃o quiescentibus da pro
picius veniã peccatorum:
vt a cunctis reatibus abso
luti tecum sine fine letent.
Per dñm Secreta.
Pro animabus famu
lorum famularum-
qꝫ tuarum. N. et omnium
catholicorum hic et vbiqꝫ
in christo dormientium ho
stiam domine suscipe beni
gnus oblatam: vt hoc sa
crificio singulari vincu-
lis horrende mortis exute

vitam mereantur eternā. Per dñm. Postcōm.

Deus fidelium lumen animarū adesto supplicationibus nostris et da famulis et famulabus tuis quorum corpora hic et vbiqʒ in xp̄o requiescunt. refrigerii sedē quietis beatitudinem ꝛ luminis claritatē. Per eūd.

In āniuersariis collecta

Deus indulgentiarū domine da aīe famuli tui cuius anniuersarium depositionis diē commemoramus refrigerii sedem quetis beatitudinē ꝛ luminis claritatem. Per dñm. Se.

Propiciare dñe supplicationibus nostris pro anima famuli tui cuiꝰ hodie annua dies agitur: pro qua tibi offerimus sacrificium laudis. vt eam sanctorum tuorum consortio sociare digneris. Per d.

Postcommunio.

Presta quesumus domine vt anima famuli tui cuius anniuersarium depositiōis diem commemoramus. his purgata sacrificiis indulgentiam pariter ꝛ requiem capiat sempiternā. Per.

Pro pontifice

Deus qui Collecta. inter apostolicos sacerdotes famulum tuum pontificali fecisti dignitate vigere: presta quesumus vt eorum quoqʒ perpetuo aggregetur consorcio. Per dominum. Secreta.

Suscipe quesumus domine pro aīa famuli tui pontificis quas offerimus hostias vt cui in hoc seculo pontificale donasti meritum: in celesti regno sanctorum tuorum iubeas iungi consortio. Per. Pᵒcō.

Prosit qs dñe aīe famuli tui pontificis misericordie tue implorata clementia vt eius in quo sperauit et credidit. eternū capiat te miserāte consortiū. Per.

Pro cūctis fidelibus defunctis. Collecta.

Fideliū deꝰ oim ɔditor ꝛ redēptor aīabʒ famulorū famularūqʒ tuarū remissionē cunctorū tribue pctōꝝ. vt indulgentiam quam

semp optauerūt piis sup-
plicationibus cōsequātur
Quiviuis. Secreta

Hostias q̄s dn̄e quas
tibi pro aiābꝫ famu-
lorum famularumqꝫ tuarꝫ
offerimus propicius intē-
de: vt quibus fidei christia
ne meritum ꝯtulisti: dones
et premium. Per. Postcō.

Animabus quesumus
domine famulorum
famularūqꝫ tuarū oratio
proficiat supplicātium: vt
eas et a peccatis omibus
exuas. ⁊ tue redemptionis
facias esse participes. Per
dn̄m. ¶ Missa p episcopis col.

Deus qui iter apostoli
cos sacerdotes famu
los tuos pōtificali fecisti di
gnitate vigere: presta q̄s. vt
eorꝫ quoqꝫ perpetuo aggre
gent ꝯsortio Per d. Secreta

Suscipe quesumꝰ dn̄e
pro aiābus famulorꝫ
tuorum sacerdotū hostias
vt quibꝫ sacerdotale dona
sti meritū dones ⁊ premiū.
Per Postcommunio.

Propiciare quesumus
dn̄e supplicationibus no-
stris p aiābꝫ famulorꝫ tuo
rū pontificū seu sacerdotū
p quibꝫ obtulimus sacrifi
ciū laudis: vt eas scōrꝫ tuo
rū ꝯsortio sociare digneris
Per d. Pro sacerdote collecta.

Da nobis dn̄e deus: vt
aiām famuli tui sa-
cerdotis quā de huiꝰ seculi
eduxisti laborioso certami
ne sāctorꝫ tuorꝫ cetui tribu-
as esse consortem. per. Se

Annue nobis domine
vt anime famuli tui
sacerdotis hec prosit obla-
tio: quam immolando to-
cius mundi tribuisti rela-
xari delicta. Per d. Postcō

His sacrificiis q̄sumus
omps deus purgata
anima famuli tui sacerdo
tis ad indulgentiā refrige
rium sempiternum proue
nire mereamur. Per dn̄m.

¶ Benedictio aque. ¶ Adiuto
rium nostrū in nomine do
mini Qui fecit celū ⁊ terrā

¶ Exorcismus salis.

Exorcizo te creatu-
ra salis per deū
✠ viuū per deū
✠ verum. per deū ✠ sctm

p deum qui te p heliseum pphetam in aquam mitti iussit. vt sanaret sterilitas aque. vt efficiaris sal exorcizatū in salutem credentium. vt scis oib; te sumentibus sanitas anime ⁊ corporis. ⁊ effugiat atq; discedat ab eo loco q° aspsū fueris: omnis fantasia ⁊ nequicia vl versucia dyabolice fraudis. omnisq; spiritus imūdus adiuratus per eum q̄ venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculū per ignem. Amen. Oremus.

Benedictio salis.

Immensā clementiā tuam omps eterne deus humiliter iploram⁹: vt hāc creaturam salis quam in vsum generis humani tribuisti. bñdi✠cere ⁊ sancti✠ficare tua pietate di✠gneris: vt sit omnibus sumentibus salus anime et corporis. et quicquid ex eo tactum vel respersum fuerit. careat omni imūdicia omniq; impugnatiōe spiritualis nequicie. per virtutem dñi nostri iesu christi q̄ ventur⁹ est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ sclm p ignem Amen. Exorcismus aque.

Exorcizo te creatura aque In nomine ✠ dei patris omnipotentis. ⁊ in nomine ✠ iesu christi filii eius domini nostri. et in virtute ✠ spiritussancti vt fias aqua exorcizata ad effugandā omē; potestatē inimici: ⁊ ipsum inimicum eradicare ⁊ explantare valeas. cū angelis suis apostaticis per virtutem eiusdē domini nri. Bñdictio aque.

Deus qui ad salutem humani gñis maxima queque sacramenta in aquarum substantia condidisti: adesto ppicius inuocationib; nostris: ⁊ elemento huic multimodis purificationibus preparato. virtutem tue bene✠dictionis infūde: vt creatura misterii tui t̃ seruiēs ad abiciendos demones. morbosq; pellendos diuine gratie sumat effectum: vt quicquid in domib; vel in locis fidelium hec vnda resperserit.

careat omni immundicia. liberetur a noxa: non illic resideat spiritus pestilens non aura corrumpens: discedant omnes insidie latentis inimici. et si quid est quod aut incolumitati habitantium inuidet aut quieti: aspertione eius aque effugiat. ut salubritas per inuocationem sancti tui nominis expetita. ab omnibus sit impugnationibus defensa Per virtutem domini nostri

Hic mittat sal in aquam dicendo

Fiat hec commixtio salis et aque pariter ad salutare sacramentum. In nomine ✠ patris et filii ✠ et spiritus sancti ✠ Amen. Dominus vobiscum.

Oremus.

Deus inuicte virtutis auctor. et inseparabilis imperii rex. ac semper magnificus triumphator. qui aduerse dominationis vires reprimis. qui inimici rugientis seuitiam superas. qui hostiles nequicias potenter expugnas. te domine trementes ac supplices deprecamur ac petimus: ut hanc creaturam salis et aque dignanter ✠ accipias. benignus illustres ✠ pietatis tue more sanctifices: ut ubicunque fuerit aspersa per inuocationem sancti tui nominis omnis infestatio immundi spiritus abiciatur terrorque venenosi serpentis procul pellatur et presentia sancti spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus hic et ubique adesse dignetur. Per dominum. in unitate eiusdem.

¶ Dum aspergatur aqua benedicta dicitur hec antiphona. Asperges me domine ysopo et mundabor lauabis me et super niuem dealbabor. psalmus. Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam Gloria patri. Asperges me. Et ad pascha usque ad trinitatem dicitur antiphona. Vidi aquam egredientem de templo a latere dextro alleluia. et omnes ad quos peruenit aqua ista salui facti sunt et dicent alleluia alleluia. psalmus. Confitemini domino quoniam bonus quoniam in seculum misericordia eius

Regrediendo sacerdos dicat.

Ostende nobis domine misericordiam tuam. Et salutare tuum da nobis. Dominus vobiscum. Oremus.

Exaudi nos dñe scē pa-
ter omp̄s eterne de⁹:
⁊ mittere dignare sanctū
angelum tuum de celis. q̄
custodiat foueat ꝓtegat vi-
sitet ⁊ defendat. omnes ha-
bitātes in hoc habitaculo.
Per xp̄m.

Bñdictio panis

Benedic dñe creaturā
istam panis sicut be-
nedixisti quinqꝫ panes in
deserto ut omēs gustātes
ex eo tam corporis quā aīe
recipiāt sanitatem. In no-
mine ✠ patris ⁊ filii ✠ ⁊ spi-
ritus ✠ sancti. Amen

Dñica prima i aduētu dñi psa.

Salus eterna indeficiens mūdi vita Lux sempiterna ꝛ redēptio vere nostra. Condolens humana perire secla per tentantis numina. Non linquēs excelsa adisti ꝑma ꝓpria clementia. Mox tua spōtanea gratia assumēs humana. Que fuerant perdita omīa saluasti terrea. Ferens mūdo gaudia tu animas ꝛ corpora Nostra christe ex pia vt possideas lucida nosmet habitacula. Aduētu primo iustifica. Jn secundo nosqꝫ libera. Vt cū facta luce magna iudicabis omīa. Compti stola īcorrupta nosmet tua subsequamur mox vestigia quocunqꝫ visa. Amen.

Dominica secunda.

Regnantem sempiterna per secla susceptura Concio deuote cōcrepa. Factori reddendo debita. Quem iubilant agmina celica eius vultu exhilarata. Quem expectant omnia terrea eius nutu examinanda. Districtum ad iudicia. Clemētem in potētia. Tua nos salua christe clementia propter quos passꝰ es dira. Ad poli astra subleua nitida qui sorde tergis secula. Omnia sint mūdo tribue pacifica. Vt hic tua salui misericordia. Celi regna post adeamꝰ supera. Quo regnas secula per infinita. Amen.

Dñica. iii^a. psa

Qui regis septra forti dextra solus cuncta Tu plebi tue ostende magnam excitando potentiam. Presta dona illi salutaria. Quem predixerunt prophetica vaticinia A clara poli regia. Jn nostra iesu mitte domine arua. Amen.

Dominica quarta prosa.

Jubilemꝰ omēs vna. Deo nostro qui creauit omnia. Per quem cuncta condita sunt scl'a. Celum quo plurima luce choruscat et diuersa sydera. Sol mundi scema noctium decus luna ceteraqꝫ splendentia. Mare solum alta plana et profunda flumina. Aeris ampla spaciaqꝫ discurrunt aues ventiqꝫ pluuia Hec simul cūcta tibi deo soli patri militant. Nunc ꝛ in euū sine fine per secla laus eoꝝ tua gl'a Qui pro salute nostra prolem vnicam. Pati in terra misisti sine culpa sed ob nostra crimina. Te trinitas ꝓcamur vt corpora

nostra et corda regas ꝛ ꝓtegas ꝛ dones pctõꝝ veniam amen.

In galli cantu prosa.

Nato canunt oĩa dño pie agmina. Sillabatim pneumata perstringendo organica. Hec dies sacrata in qua noua sunt gaudia mũdo plena edita. Hac nocte precelsa intonuit et glia in voce angelica. Fulserunt et immania nocte media pastoribꝫ lumina. Dũ fouent sua pecora subito diua percipiunt monita. Natꝰ alma virgine q̃ extat ante secula. Est immensa in celo gloria pax et in terra. Sic ergo celi caterua altissime iubilat Et tanto canore cremat alta poli machina. Sonet et per oĩa hac in die gloria voce clara reddita. Humana cõcrepent cũcta deum natũ ĩ terra. Confracta sunt ĩperia hostis crudelissima Pax in terra reddita: nunc letẽt oĩa nati per exordia. Solus qui condidit omnia. Solus qui intuetur omnia. Ipse sua pietate saluet omnia peccata nostra Amen.

In aurora diei prosa

Celeste organum hodie sonuit in terra Ad partum virginis supernũ cecinit caterua. Qui facis humana ṽba cur non gaudes cũ supera. Vigilat pastoꝝ cura vox auditur angelica. Ad christũ referunt ꝓpria nobis canunt ex gratia. Cãtabãt ĩclita carmina plena pace ꝛ glĩa Nec cunctoꝝ sunt hec dona sed mens quoꝝ erit bona. Non sũt absolute data differenter sunt prolata. Affectus deserãt vitia ꝛ sic nobis pax ẽ illa quia bonis est promissa. Iungunẽ superis terrea ob hoc quidẽ laus est iũcta sed decẽter fit diuisa. Gaude homo cũ perpendis talia. Gaude caro facta verbi socia. Nunciant eius ortum ethera lucis per indicia. Subeunt duces gregũ lumina bethleem vsqꝫ peruia Inuenitur rex celoꝝ ĩter aĩalia Arto iacet ĩ presepi rex qui fecit omnia. Stella maris quem tu paris colit hec ecclesia Ipsi nrã per te pia placeant seruitia. Iã dicantur talia Amẽ

Ad magnam missam prosa.

Letabũdus exultet fidelis chorus allã. Regem regum intacte profudit thorus res mirãda Angelus cõsilii natus est de virgine sol de stella. Sol occasum nesciens stella semper rutilans

semper clara. Sicut sydus radium pfert virgo filium pari forma. Neqz sydus radio neqz mater filio fit corrupta. Cedrus alta libani cōformat ysopo valle nostra. Verbū ens altissimi corporali passū est carne sumpta. ysayas cecinit sinagoga meminit nunquā tamē desinit esse ceca. Si non suis vatibus credat vel gentilibus sibillinis versibz hec predicta Infelix propera crede vel vetera cur dampnaberis gēs misera Quem docet littera natum considera ipsum genuit puerpera. Alleluya. ¶ Per oct. In die sancti stephani prosa.

Magnus deus in vniuersa terra magna sūt ei⁹ vbiqz oīa in celo atqz in terra opa Qui est rex regū dominus oīm a patre genitus ante secula. Cuius caritas vera celo sublevat stephanum de terra. Atqz phenni vita ornat candida dignant corona. Plenus est eni stephan⁹ deitate atqz gratia. magna dabat prodigia docens verissima dogmata. Cum autem predicaret iam presentia. Nostre redēptionis noua gaudia. Intenta i superna celi patet ianua. Dixit qz circunstanti plebi voce publica. Sacra plenus gratia. Ecce dei video admirabilem gloriā: claritate fulgida Atqz iesū stātem in virtutis dei dextera. Cū hoc audisset impia gēs iudaica Dans fremitū concita quassat lapidib⁹ stephani mēbra. Sed stat fortis patiēs martir et orat Ne his christe noxam statuas sz iam accipe animam meam. Et cum hoc dixisset in dño obdormiuit pace eterna. Tu ⁊ nobis martir o stephane sempiterna impetra gaudia amen. ¶ Per oct. In die sci iohannis prosa

Organicis canam⁹ modulis iohānis solēnia. Omnigenis domino vocibus reddētes odas debitas Qui i sanctis suis mirabilis nimis multiplici virtutū flore eosdem decorat ac mirifice adornat. Nā et in ipsis quasi quibusdam musicis istrumētis. digito proprio fides agitat virtutū sonora. Has numerose percurrens singula. Purificet singulis dyatessaron melliflua melodiam. Quam generat virtutum mater illa. Que aliis decēter composita reddit suauem symphoniā. Qua sine

cuncta fiunt dissona necnon et friuola. Qua cum oīa fiunt glo na necnon vtila. Qua iuste bene morituri te petentes excelsa poli sydera. Alacres decantent noua cantica in cythara treicia Quoꝝ agentes festa. consortia mereamur ī celesti patria Amē.

In die scōꝝ Innocentiū p̄sa.

Celsa pueri cōcrepent melodia. Pia innocentum colentes tripudia. Quos īfans xp̄us hodie vexit ad astra. Hos trucidauit frēdens insania. Herodiane fraudis ob nulla crimina. In bethleem ipsius cuncta ꝛ per confinia. A bymatu et infra iuxta nascendi tempora. Herodes rex xp̄i nati verens īfelix imperia Infremit totus ꝛ erigit arma superba dextera. Querit lucis ꝛ celi regem cum mente turbida Vt extingat qui vitam prestat per sua iacula. Cum nō valet intueri lucem splendidā nebulosa querētis pectora. Ira feruet fraudes auget herodes seuit vt perdat pioꝝ agmina Castra militum dux iniquus aggregat ferrum figit ī mēbra tenera. Inter vbera lac effūdit anteq̄ꝫ sanguinis fierent coagula. Hostis nature natos euiscerat atqꝫ iugulat. Ante prosternit quā etas paruula sumat robora. Quam beata sunt īnocentum ab herode cesa corpuscula. Quam felices existunt matres q̄ fuderūt talia pignora. O dulces innocentum acies o pia lactantiū pro xp̄o certamina. Paruoꝝ trucidant milia membris ex teneris manent lactis fluēa. Ciues angeli veniunt ī obuiā mira victoria. Vite captant p̄mia turba cādidissima. Te xp̄e petim⁹ mente deuotissima. Nostra qui venisti reformare secula. Innocentum gloria perfrui nos concedas per eterna Amen

In die epiphanie prosa.

Epyphaniā dn̄o canamus gloriosam. Qua prolem dei vere magi adorant. Immensam caldei cuius persoluꝫ venerant potentiam. Quem cuncti prophete cecinere venturū gentes ad saluandas. Cuius maiestas ita est inclinata vt assumeret serui formā Ante secula qui deus et tēpora homo factus est in maria. Balaā de quo vaticinans exibit ex iacob rutilans ī quit stella Et cōstringet ducum

agmina regionis moab maxia potētia. Huic magi munera offerunt preclara aurū simul thus et mirram. Thure deum predicant auro regem magnum hominē mortalem mirra. In sōpnis hos monet angelus ne redeant ad regem commotum ppt regna. Pauebat etenī nimium regem natum verens amittere regni iura magi sibi stella micāte pūia pgūt alacres itinera patriā q̄ eos ducebat ad propriā linquentes herodis mandata. Qui percuss⁹ corda nimiū p̄ ira extimplo mandat eludia magica non linqui taliter impunita sed mox priuari eos vita. Omis nūc caterua tinnulū iungat laudibus organi pneuma. mistice offerens regi regum xpo munera preciosa. Poscens vt per orbē regna omnia protegat in secula sempiterna Amen. ¶ In die scō pasche prosa.

Uictime paschali laudes imolant christiani. Agnus redemit oues xps innocens patri reconciliauit peccatores. Mors et vita duello conflixere mirando dux vite mortuus regnat viuus Dic nobis maria quid vidisti in via. Sepulchrum xpi viuentis et gloriam vidi resurgentis. Angelicos testes sudarium et vestes. Surrexit christus spes nostra p̄cedet suos in galyleam. Credendum est magis soli marie veraci quam iudeorum turbe fallaci Scimus christum surrexisse ex mortuis vere tu nobis victor rex miserere. Alleluya. ¶ Alia prosa.

Fulgens p̄clara rutilās p orbem hodie dies in qua xpi lucida narrantur ouanter p̄lia. De hoste superbo quem ies⁹ triumphauit pulchre castra illi⁹ pimēs teterrima. Infelix culpa eue qua caruimus omnes vita. Felix ples marie qua epulamur modo vna. Benedicta sit celsa regina illa. Generans regē spoliantem tartara. Pollentem iā in ethera. Rex ineternū suscipe benignus p̄conia nostra sedule tibi canentia. Patris sedens ad dexteram victor vbiq3 morte superata atq3 triumphata polorū possidens gaudia. O magna o celsa o pulchra clemētia xpi lucistua o alma. Laus t̄ honorq3 ac virtus qui nostram antibuā leuiasti sarcinā. Diuisio. Bosco cruose agni benignissimi ēpta

florida micat hec aula. Potenti virtute nostra qui lauit facinora seculo donans gaudia. Stupens valde in memetipsa iã miror hodierna. Tanta indignus pãdere nobis sacramẽta. Stirpe dauitica ortus de tribu iuda leo potens surrexisti in gloria agnus visus est i terra. Fundẽs olim arua regna petens supera iustis reddens premia in secula dignanter ouantia. Dic impie zabule quid valet nunc fraus tua. Igneis nexus loris a christi victoria. Tribus lingue admiramini quis audiuit talia miracula. Vt mors mortem sic superaret et rei perciperent talẽ gratiã. Iudea incredula cur manes adhuc inuerecũda. Perspice xpi colas qualiter leti canunt iclita redemptori carmina. Ergo pie rex xpe nobis lazarus crimina solue nexorum vincula. Electorũ agmina fac tecũ resurgẽ ad beatam gloriam. Digna rependens merita: paracliti sancti cõsolationem piam. Expectantes sanctam repromissionem tuam Peracta ascẽsionis sctã solẽnia Qua es egressus in celum nube tectus clara pollens laude eterna

Amen. Feria secunda prosa.

Mane prima sabbati surgẽs dei filius nostra spes et gloria. Victor rege sceleris rediit ab inferis cum summa victoria. Cuius resurrectio omni plena gaudio consolatur omĩa Resurgentis itaqz maria magdalene facta est pnuncia. Ferẽs xpi fratribus eius morte tristibus expectata gaudia. O beati oculi quibus regem seculi morte iam deposita prima est intuita Hec est illa femina cuius cũcta crimina ad xpi vestigia eius lauit gratia Que dum plorat et mens orat facto clamat quod cor amat iesum super oĩa. Non ignorat quem adorat quem pcetur sed deletur quod mẽs timet ↄscia O maria mater pia stella maris appellaris operum per merita. Matri christi coequata dum fuisti sic vocata sed honore subdita. Illa enim fuit porta p quam salus est exorta hec resurgentis nũcia mundũ replet leticia. Illa mundi imperatrix ista btã peccatrix leticie primordia fuderunt in ecclesia. O maria magdalena audi vota laude plena apud xpm chorum istum

clementer consilia. Ut fons sū=me pietatis qui te lauit a pctis seruos suos atqꝫ tuos mundet data venia. Amen dicant omīa

¶ Feria quarta. Prosa. Victi=me paschali laudes immolant christiani. vt sup'. De cruce. psa

Laudes crucis attollamus nos qui crucis exultam⁹ speciali gloria Dulce melos pulset celos dulce lignum dulci dignum credimus melodia. Voce vita non discordet cum vox vitam non remordet dulcis est siphonia. Serui crucis crucē laudant qui per crucem sibi gaudent vite dari munera. Dicāt omnes et dicant singuli aue salus totius seculi arbor salutifera. O q̄ felix q̄ preclara fuit hec salutis ara rubens agni sanguine. Agni sine macula qui mundauit secula ab antiqno crimine. Hec est scala peccatorum per quam christus rex celorum ad se traxit omnia. Forma cuius hec ostendit que terrarum comprehendit quatuor confinia. Non sunt noua sacramenta nec recenter est inuenta crucis hec religio. Ista dulces aquas fecit per hanc scyles aqua iecit moysi officio. Nulla salus est ī domo nisi cruce munit homo super liminaria. Neqꝫ sensit gladium nec amisit filium quisquis egit talia. Ligna legens in sarepta spem salutis ē adepta pauꝑ muliercula. Sine lingnis fidei nec lechitus olei valet nec farinula Roma naues vniuersas in profundum vidit mersas vnacum maxencio. Fusi traces cesi per se sed et partis dux aduerse victus ab eraclio In scripturis sub figuris ista latent sed iam patent crucis bñficia. Reges credunt hostes cedunt sola cruce christo duce hostis fugat milia Ista suos fortiores semper facit et victores morbos sanat et languores reprimit demonia. Dat captiuis libertatem vite cōfert nouitatem ad antiquam dignitatem crux reduxit omnia. O crux lignum triūphale mundi vera salus vale inter ligna nullum tale fronde flore germine. Medicina christiana salua sanos egros sana quod non valet vis humana fit in tuo nomine. Assistentes crucis lau=

di consecrator crucis audi atque seruos tue crucis post hanc vitam vere lucis transfer ad palacia. Quos tormento vis seruire fac tormenta non sentire sed cum dies erit ire nobis confer et largire sempiterna gaudia. Amen

De sancta helena. prosa.

Iocundare mente tota trecassina plebs deuota speciali gloria. In helena verbigena collaudetur et cantetur hymnus cum melodia. Dum in sanctis laus fit deo et sanctis honor in eo dulcis et symphonia. In hac omnes christum laudent et per ipsam sibi plaudent vite dari munera. Dicant omnes et dicant singuli aue salus trecensis seculi virgo salutifera. O quam felix quam preclara hec est virgo deo cara regis orta sanguine. Agyelis filia nata de gratulia vixit sine crimine Porphirio psignata nata mundum est affata testante gratulia. Templum dixit dedicari marie bis licet fari negaret infantia Huic anulus destinatur per quem sibi conseruatur virginis religio Muscis eius os purgatur et huic estus temperatur turturis officio. Ignis nunquam minorauit in baptismo que gestauit virgo luminaria. Hanc signauit dextra vite ut testantur heremite qui viderunt talia. Vas habuit et contemptum que mutatur in argentum pauper muliercula. Argyria doluit hoc ideo quod fuit scutella tam paruula Virgo nimbos impetrauit quos habere pro ornauit diu sicca regio. Cunas eius non rigauit gutta deum plebs laudauit vnacum euagrio. Ramum palma flexit alma virgo scidit fructum vidit plebs hec mirabilia. Parauisti sponsa christi tuo patri atque matri gaudia perhennia. A maxilla paternali dolor fugit filiali vita mala graua mali sanauerunt omnia. In transitu gloriose huius sancte speciose de nubibus palam rose pluerunt et lilia. Vrbs letare trecassina de tam summa medicina quam custodis ut diuina vult propiciatio Vrbs trecorum omni laude de thesauro tanto gaude eius ortu vita plaude naturensis regio Assistentes eius audi te precamur deus audi et eius sanctis precibus

nos a penis mortalib⁹ transfer
ad celestia. Nos digneris exaudi
re nec permittas nos perire sed
cū dies erit ire nobis cōfer ⁊ lar
gire sempiterna gaudia. Amen.

De sancta mastidia. Prosa.

Verbum bonum et suaue
cordis profer ex concla-
ue vrbs trecorū dicēs aue beata
mastidia. Per quē liberaris aue
cuius corpus laude graue sub fi
deli seruat claue trecensis ecclīa
Sponsa veri salomonis te lau-
dare decet sonis inuēta es ex mi
lonis presulis industria. Ex tu-
arū precū donis multis micant
in personis trecassine regionis
dei mirabilia. Virgo candēs in
stat niuis trecos iuua potes si
vis ut ī choris tecum dignis cō-
cinant allā. Ora xp̄m p̄ natiuis
trecis trecū treca ciuis hāc exau
di rex qui viuis ⁊ regnas in glīa
Amē. De ascēsiōe. psa. Rex ōps
die hodier. Quere ī festo asceñ.

In die pēthecostes. Prosa.

Sancti spiritus assit nobis
gratia. Que corda nostra
sibi faciat habitacula. Expul-
sis inde cunctis viciis spiritali-
bus. Spiritus alme illustrator
omnium. Horridas nostre men
tis purga tenebras. Amator sā
cte sensatorum semper cogita
tuum. Infunde vnctionem tuā
clemens nostris sensibus. Tu
purificator omnium flagitioꝝ
sp̄s purifica nostri oculū iterio
ris hominis. Vt videri suprem⁹
genitor possit a nobis. Mundi
cordis quem soli cernere possūt
oculi. Prophetas tu inspirasti.
vt preconia christi precinuissent
inclita. Apostolos confortasti uti
tropheum christi per totū mun-
dū veherēt. Quando machinā
per verbum suum fecit de⁹ celi t
re mariū. Tu super aquas fotu
rus eas numen tuum expēdisti
spiritus. Tu aīabus viuifican-
dis aquas fecūdas. Tu aspirā-
do das spiritales eē hoīes. Tu
diuisum per linguas mundum
et ritus adunasti domine. ydo
latras ad cultum dei reuocas
magistrorum optime. Ergo
nos supplicantes tibi exaudi p
picius sācte spiritus. Sine quo
preces omnes casse creduntur
et indigne dei auribus. Tu q̄
omnium seculorū sanctos Tui
nominis docuisti instinctu am

plectando spiritus. Ipse hodie apostolos christi, Donans munere insolito et cunctis inaudito seculis. Hūc diem gloriosum fecisti. Alleluya. ¶ Feria secunda post penthecostes. ¶ Prosa

Alma chorus domini nunc pangat nomina summi. Messias sother emmanuel sabbaoth adonay. Est unigenitus via vita manus homo usyon. Principium primogenitus sapientia virtus Alpha caput finis qз simul vocitatur et est ω. Fons et origo boni paraclitus ac mediator. Agnus ovis vitulus serpens aries leo vermis. Os verbum splendor sol gloria lux et ymago. Panis flos vitis mons ianua petra lapisqз. Angelus et sponsus pastorqз propheta sacerdos. Athanathos. Kyrios theos panthon cratho ysus. Saluificet nos sic cui secla per omnia doxa Amen ¶ Feria tercia Prosa.

Laudes deo devotas Dulci voce ac sonora plebs resultet catholica. Spiritus sancti gratia Apostolis die hodierna. In igneis linguis est infusa paracliti presentia. Emūdet nos a peccati macula. Plura sibi aptans habitacula. Carismatum et munera. Pectoribus nostris pius infundat. Vita nostra eius complaceat. Per seculorum secula. Conclamemus alleluya. Sit deo laus et potestas honor virtus et gloria Amen. ¶ Feria quinta prosa.

Almiphona iam gaudia celi rutilant per climata Alogiantur cuncta bona Pneumatis afflata sacri flama. Replentur hodie qui piorum affabre corda pura renouentur nanqз festalia. Tipicalia dudum in syna moysi cōsignata. O beata et vera gaudia homo cum celsa petit deus ⁊ yma. In ignis forma pace namqз hodie in vera sunt copulata duo animalia superna yma. Theologa pneumata concrepet utriusqз dyapason vera. Cherubin ethereа seraphi atqз iuncta ignicoma turma. Tuba iubilea tympanizet rupta vincula. Prius verbigenam detinebant que neram dragmam. Nunc vos michael satrapa gabriel ve/

ra polaxe dans nuncia. Nos terrigenas vernulas ferte in vestras policas officinas. Nunc ergo cuncta superna iuncta falenga benedicta sanctum pneuma. Voce sonora. Cuius et munere compta testula rubra redipendat. Vera simbola. En armonica. Esse vitima vel perticula mereamur eius in aula. Amen omnia subiūgāt pium mente pura iam nunc redempta. Rite canentes alleluya. ¶ De sctā trinitate prosa

Benedicta sit beata trinitas deitas eterna parit coequalis gloria. Deus genitor natus genitus cum sacro pneumate permanens super omne quod extat. Quibus est vna semper voluntas et a se discrepans aut nunquam triplicatam personā Nam constat deitas vna non in tres deos diuisa sed fide fatetur a xpo ortodoxe dedita hec nāque pellit delicta patriam cedit serenam qui dulce iubilāt agmina symphonia celica. Altithoni vestigia imitantur stolis cādida. Operiunturque binas quas captāt post secli discrimina Et nos quos illustrat gratia dei superā damus nostra debita. Quatenus caterua celica nobis maneat post funera socia. Vltima peracta discrimina poscimus alta perfrui nos palacia Quos perspicua flagra lux accensa cōstanti flammaque deus est visio nostra et salus eterna Angelorum que lustrat firmiter pectora. Vt ī solo suo xpo designāt lumina. Hec nanque est illa sitis flagrās qua tunc sitiunt anime sanctorum et corpora. Cum fuerint data perpetua nobis pro eis a iudice premia. Amen ¶ In festo sancti sacramenti altaris prosa

Lauda syon saluatorē lauda ducē et pastorē ī hymnis et canticis. Quantum potes tantum gaude quia maior omni laude nec laudare sufficis Laudis thema specialis panis viuus et vitalis hodie preponitur. Quem in sacre mensa sene turbe fratrum duodene datum non ambigitur Sit laus plena sit sonora sit iocunda sit decora mentis iubilatio. Dies enim solempnis agitur in qua mense prima recolitur huius īstitutio. In hac mēsa noui regis nouū pascha noue legis phase vetus terminat

Vetustatem nouitas vmbram
fugat veritas noctē lux illumi-
nat. Qđ in cena xp̄s gessit faci-
endū hoc expressit in sui memo-
riam Docti sacris institutis pa
nem vinum in salutis consecra
mus hostiam. Dogma dat chri
stianis quod ī carnem trāsit pa
nis ⁊ vinum in sanguinem. Qđ
non capis quod non vides ani-
mosa firmat fides preter rerum
ordinem Sub diuersis speciebꝫ
signis tantū et non rebꝫ latent
res eximie. Caro cibus sanguis
potus manet tamen xp̄s totus
sub vtraqꝫ specie. Assumēte nō
concisus non confractus nō di
uisus integer accipitur. Sumit
vnus sumūt mille quantū isti
tātū ille nec sumptus consumit
Sumunt boni sumūt mali sor-
te tamē inequali vite vel interi
tus. Mors est malis vita bonis
vide paris sūptionis quam sit
dispar exitus. Fracto demū sa-
cramento ne vacilles sed memē
to tantū esse sub fragmēto quā
tum toto tegitur. Nulla rei fit
scissura signi tantum fit fractu
ra qua nec status nec statura si
gnati minuitur. Ecce panis an
gelorꝝ factus cibus viatorꝝ vere
panis filiorꝝ nō mittendus ca-
nibus. In figuris presignat cū
ysaac imolat agnus pasche depu
tatur. datur māna patribꝫ. Bo
ne pastor panis vere iesu nostri
miserere tu nos pasce nos tuere
tu nos bona fac videre in terra
viuentium. Tu qui cuncta scis
et vales qui nos pascis hic mor
tales tuos ibi commensales co
heredes et sodales fac sanctorꝝ
ciuium. Amen. De scō iohanne
baptista prosa.

Sancti baptiste xp̄i pconis
Solennia celebrantes moribꝫ
ipsū sequamur. Vt ad vitā quā
pdixit ad seclas suos perducat.
Deuoti te scissime hoīm amice
iesu xp̄i flagitamus vt gaudia
pcipiamus. Apparensqꝫ zacha
rie gabriel repromisit qui tuam
celebrarent obsequiis natiuita-
tē. Vt p hec festa eterna gaudia
adipiscamur. Qua sci dei sacris
deliciis leti congaudent. Tu q̀
preparas fidelium corda. ne qđ
deuiū vel lubricum deus ī eis ī-
ueniat. Te deposcimus vt crimi
na nostra et facinora continua
prece studeas absoluere. Placa
tus vt ipse suos semper īuisere
fideles. Et mansionē in eis fa-

rere dignetur. Vt agni vellere
quem tuo digito. mūdi mōstra
ueras tollere crimina Nos velit
induere. Vt ipsū mereamur an
gelis associi. In alba veste sequi
per portam clarissimam. Amice
xpi iohannes Amē. ¶ De beata
maria magdalena prosa. Mane
prima sabbati Require in crāsti
no pasche. ¶ De btā āna prosa

Mater matris dñi felix feli
cissime ioachim cōsortia.
Singulari studio pauperū sola
tio cōferens subsidia. Anna diu
sterilis apud deū humilis propt
virū anxia Qui turbatus nimi
um triste p eloquiū datū ad al-
taria. Propt verba presulis iux
ta vocem exulis fugit ad ouilia
Quē celestis nuncius pulcher &
ppicius blanda per eloquia sol
uit a miseria. Per exempla vete
rum cor fouēs & miserū reducēs
ad gaudia verata pphetia. Cō
fortauit & monstrauit quod ma
riā egregiam gigneret ex te pia
O parentes q̄ gaudētes q̄ lau
datos q̄ beatos nos fecit hec fi-
lia. Hec est rosa speciosa que de
spinis et ruinis et truci inuidia
Antiquorū iudeorū fuit nata no
bis data iuxta vaticinia. O quā
bene genuistis et quā mūdo p-
fuistis et qua sublimi gloria no
bis plaudūt celestia. Celi arcē
optinetis quod iam mortē non
timetis sed habetis omnia desi
derabilia Quo trahatis nos lau
dantes nos et vobis famulātes
licet rei simus dei confisos cle-
mentia Vt sit nobis coadiutrix
vestra nata dei nutrix que nos
ponet & coronet ī celesti patria.
Amen dicant omnia per eterna
secula Amen. ¶ In inuentione
sancti stephani prosa. Magnus
deus ī vniuersa &c. Require in
alio festo ¶ De scō laurētio psa

Stola iocunditatis allelu
ya Induit hodie domin9
militem suū laurentiū. Solito
plaudat alacrius cōcio leta fide
liū. Hodie martir insignis ho-
stiā deo placentem obtulit. Ho
die tormentū ignis grauiter ex
aminatus pertulit. Animatus
ad certamē monitis beati senis
Grauissimis non refugit exhi
bere membra penis. Ante regē
accercitur et de rebz cōuenitur
occultis ecclesie. Sed non cedit
blandimentis emollit aut tor-
mentis huius auaricie Luditur
valerianus & leuite larga man9

dum petit inducias. Dat mini stra caritatis pauperibꝫ cõgregatis facultatum copias Furit igitur prefectus et paratus ardens lectus insultantis viscera crates urit aspera. Sudat martir in agone spe mercedis et corone qua datur fidelibꝫ pro christo certantibus. De cuius milicia celi gaudet curia; Quia vicit hodie ministros nequitie. Ut hunc ergo per patronũ cõsequamur vite donum. In illius die festo chorus noster letus esto Jocundũ i ecclesia decantans allã Amen. ¶ In translatione sancte corone domini prosa.

Regis et pontificis dyadema misticis honoremur et laudibus. Jocundemur tropicis cãticis angelicis cõcordemus moribus. In corona dñi forma datͣ homini pulchra necessaria Spina mortis riuulus sꝫ corone circulus mortis est victoria. Leuitas arundinis leuis casus hominis cor natura labile. Fert coronam spineam spinã arundineã cor contritũ humile. Spina pũgit cor elatũ cor emollit induratũ pungens ex harũdine. Orbis orbes est corone vel unguentum vite bone flagrãs ex dulcedine Hanc coronam hodie sue cõfert gallie rex mie. Cuius testimonia vera clamant omnia mundus et demonia. Dilatatur amplius ciuitas parisius gallie gynasiũ Et incensũm spiritus transeat diuinitus litterale studium. Ludouice rex francorꝫ sub te vigẽt antiquorꝫ regum dyadema ta. Dum corona coronatum spina crucis flos spinatum tua pfert scismata. O rex regum qui centenis sexagenis et vicenis es coronis gloria Hac corona nos corones et illatum per hãc dones post agonis stadia beata nobis gaudia. Amẽ. ¶ Vel alia prosa sequens.

Florẽ spina coronauit sed flos spinam procreauit flos marie filius Flos effecit preciosam spinam quãuis tortuosam flos spineti nescius. Florem florum spina pungit sed spinetum flos inungit pietatis oleo. Arbor vitam vita spinam gerit pmo medicinam mellis sub aculeo Fructum vite spina ledit exul fructu vita reddit vim fructus gratia Quere fortis ⁊ letare ⁊ coronã venerare q̃ ditaris gallia. Sup

aurũ hec corona preciosa digna bona vernat agni sanguĩe. Ta le gerens dyadema hostem fal-lit per probleuma deitas i hoĩe. Vernat supra sethĩ ligna qb' ar cha fuit digna legis tabernaclo Hanc coronam veneremur & cũ xpo coronemur in futuro seculo Amẽ. In assũptõe btẽ marie vir ginis prosa

Area vga pri me matris eue florẽs ro-sa processit maria. Oritur vt lu cifer inter astra etherea perpul cra ut luna flagrescit ultra om nia balsama pigmẽta et thimia matha Purpurea ut viola rosci da ut rosa cadẽs ut lilia Prĩs sũ mi quẽ elegit proles deica ut as sumeret carnẽ sacrosctãm ex vir ginis carne incorrupta. Celsus nũciat angelus noua gaudia ce ni regis exortũ in tra matrẽqz eius ita salutat. Aue maria dñi mei mater alma celica plẽa gra tia. Tu benedicta regem in se-cula paries effecta orbis regina Fecunda ergo inquit quomodo esse queã cum virum non cogno scam ex quo sum nata et semper pmanens virgo pudica Ne time as ãgel' respõdit sctm̃ pneuma descendet in te casta quo fecun-data paries deum et hominem vna. O vere sancta atqz aman da ex qua est orta redemptio no stra salus quoqz mundi veraqz vita. O dei nostri genitrix pia suscipe nostra hac die precata in qua es assumpta ad celi clau stra. Tu es eni patri cara tu es iesu mater bona tu sanctispiri-tus es templũ facta. Tu es spõ sa dei pulcra tu regem christum enixa domina es in celo et in ter ra. Hodie namqz curie celestis tibi obuia agmina te assumpse-runt ad palacia stellata. Jesus et ipse festinus tibi matri cum angelis occurrens sede paterna secum locauit in secla Jam cum deo regnãs nrã excusa clemens mala poscens cũcta bona o be-nigna. Mediatrix nostra que es post deũ spes sola tuo filio nos representa. Vt in poli aula leti iubilemus omẽs vna. Alleluya De sãcto ludouico rege. Prosa

Regem regũ veneremur & de regis gloriemur ludo-uici gloria. Rex francorꝫ sine cu ra beatorũ regni iura possidet. in patria. Christus christo con-formatũ magnũ fecit et beatũ virtutum imensitas. Longum

amor latum altum spes sed nō elatum profundum humilitas. Vultum habens dauid regis ezechie zelum legis ⁊ iosue studiū Dictus vere lucis dator uite cu stos et amator in christo viuentiū Vrbis signis illustratur capto regi restauratur liber preda perditus. Vita datur morituris claudis gressus lux obscuris et captiuis redditus. In extremis successorem informauit ⁊ cultorem eē dei docuit Certus demū de corona maris vndis dempto iona celi portum tenuit Vita viuēs beatorꝝ felix regnat rex frā corꝝ ī beatis sedibus. Supplicemus scō regi nos sanctorꝝ iungi gregi piis eius precibꝫ. Amen

In decollatione scti iohānis baptiste: psa. Sancti baptiste xp̄i preconis. require ī alio festo In natiuitate btē marie vgīs. psa.

Alle celeste necnō et phēne luya. Dic paraphonista cum mera symphonia. Tuba ⁊ canora pallidonias canta. Nam omnis vsia hanc christi genitricē die ista. Congaudet exortam ꝑ quam sibi sublatā capit vitam. Dauitica stirpe sata dauidis ad sceptra est regenda prole secum data Nec graui data viscera sūt tamen per ulla patris membra sed ex fide sola. Ab arce sūma āgelus astat maria inquit alma aue plena. Gratia sacra ⁊ bene dicta feminas inter omnes paritura. Regē qui dira mortis vincula dānabit mira cū potentia. suū plasma soluēs sponte sua atqꝫ beatā donās vitā Fit mox puella verbis credula et puerpera stupet et casta natū gestās speciosū forma regentē cuncta orbis regna. Hec est virga non irrigata sed dei gratia florigera. Hec ē sola cunctorꝝ hera matna osculās piacula. Velut rosa decorās spineta id quod ledat nil habet maria Viro eua quod ꝯtulit prima christi sponsa effugat maria O virgo sola mater casta nrā crimina. Solue dās regna quis btā regnant agmina. Potes eī cuncta ut mūdi regina ⁊ iura cū nato omnia decernis in secla et vltra subnixa es in gloria. Cherubin electa seraphiqꝫ agmina. nam iuxta filiū posita sedes in dextera rutilans virtus lāpas ⁊ sophia. Natiuitas vnde gaudia nobis hodie affert annua Et resonet camenis aula ī laude tua

virgo maria Gaudet per clima ta orbis ecclesia dicens alleluya Quod et palacia celi clamant didima vsqꝫ dantia preconia. Amen. ¶ In exultatione sancte crucis. psa. Laudes crucis. Req re in alio festo. In oct. btẽ marie virginis Prosa

Hac clara die turma festi ua dat preconia. mariam cõcre pãdo symphonia nectarea. mũ di dña. que ẽ sola castissima vir ginum regia. Salutis causa vi te porta atqꝫ celi referta gratia Nam ad illam sic nuncia olim facta angelica. Aue maria gra tia dei plena per secula. mulier pia agmina intra semper bene dicta. Virgo et grauida mater ĩ tacta prole gloriosa. Cui cõtra maria hec reddit famma In me quomodo tua iam fiant nuncia Viri noui nullam certe copulã. Et quo atqꝫ nata sum ĩcorrup ta. Diua missus ita reddit affa ta. Flatu sacro plẽa fies maria Noua efferẽs gaudia celo terre nati per exordia. Intra tui vte ri claustra portas qui gubernat ethera. Omia qui dat tempora pacifica. Alleluya ¶ De sctõ mi chaele Prosa.

Ad celebres rex celice lau des cũcta' Clangat nũc canora caterua symphonia. O das atqꝫ soluat concio tibi nr̃a Cũ iam renouantur michaelis inclita valde festa. Per que leta bũda perornatur machina mũ di tota. Nonies distincta pneu matũ sunt agmina per te facta Sed cum vis facis hec flamea p ãgelicas officinas Inter prime ua sũt hec nam creata tua cum simus nos vltima factura sed ꝑmago tua Theologa cathego rizãs symbola nobis hec tertri pertita per. priuatas officinas. Plebs angelica fallanx ⁊ archã gelica principans throni virtus vranica ac potestas alimphona Dominãtia numina diuinaqꝫ subsellia. Cherubi ethera ac se raphĩ his ignichoma. Vos o mi chael celi satrapa gabrielqꝫ ve ra dans verbi nuncia. Atqꝫ ra phael vite vernula transferte nos ĩtra paradisicolas. Per vos patris cuncta complentur mã data que dat eiusdem sophie cõ par quoqꝫ pneuma vna perma nens ĩ vsya. Cui estis amminis strantia deo milia militũ sacra. Vices p bisq̃nas bis atqꝫ q̃ngẽ

ta dena. Centena millena assistit in aula ad quem rex oue centesimam: Verbigenam dragmamque decimam vestra duxit supra galmata Vos per ethra nos per rura dena pars electa armonie vota demus in perlidica cythara. Quo post bella michaelis ultima nostra deo sint accepta aurea circa aram thymiamatha. Quo in quo euo tam glia quo decantemus. alleluya.

De sancto dyonisio. Prosa.

Gaude prole grecia glorietur gallia patre dyonisio. Exultet uberius felici parisius illustris martyrio. Speciali gaudio gaude felix concio martyrum presentia. Quorum patrocinio tota gaudet regio regni stet potentia. Juxta partem positi bellatores incliti digni sunt memoria. Sed illum precipue recolit assidue regalis ecclesia. Hic a summo presule dilectus in galliam non gentis incredule veretur insaniam. Gallorum apostolus venerat leticiam quam tenebat et subdolus hostis sedem propriam. Hic errorum cumulus et omnis spurcicia. hic infelix apostolus gaudens pro dolatra. Adorabant pro dolum fallacis mercurii sed vicit dyabolum fides dyonisii. Hic constructo christi templo verbo docet et exemplo choruscat miraculis. Turba credit error cedit fides crescit et clarescit nomen tanti presulis His auditis fit insanus immitis domicianus mittit que sisinnium. Qui pastorem animarum fide vita signis clarum trahat ad supplicium Infliguntur seni pene flagrat carcer et cathene castam lectum ferreum et estum vicit igneum. Prece domat feras truces cedat rogum profert cruces post clauos et patibulum. translatus ad ergastulum Seniore celebrante missam turba circunstante christus adest comitante celesti frequentia. Specu clausum carcerali consolatur et vitali pane cibat immortali coronandum gloria. Prodit martir conflicturus sub securi stat securus ferit lictor sicque victor consummatur gladio. Se cadauer mox erexit truncus truncum caput vexit quo ferentem hoc direxit angelorum concio tam preclara passio repleat vos gaudio. Amen. De omnibus sanctis prosa.

Christo inclita candida nostra canunt melodia agmina. Laudes omnibus dantia sanctis per hec sacrata festalia. Ma

riā primū vox sonet nrā p quā nobis sunt vite data p̄mia. Regina que es mater ⁊ casta solue nostra per filiū peccamina. Angelorum concio sacra et archangelorum turma inclita. Nostra diluant iam peccata poscendo superna celi gaudia. Tu propheta preco lucerna atqꝫ plusq̄ ꝓpheta In lucida nos pone via mundans nrā corpora. Apostolorū priceps oim atqꝫ cuncta iūcta caterua. Iā corrobora vera q̄s ī doctrīna plebis pectora. Stephane gloriose rutilās ī corona sctōrūqꝫ martirū turma valida. Fortia date corda corpora atqꝫ firma sacra vt hostē vincāt rite spicula Martine inclite presulum oīs caterua. Suscipe nunc pia et nrā clemēs precata. Regina virginū pre maxima tu mat es incorrupta virgo ⁊ grauida Sacrata dn̄o et castitas nrās serua aīas mūdaqꝫ corpora Electorū venerāda suffragia. Oīm qꝫ sctōrū ꝯtubernia. Per p̄cata assidua nrā gubernēt tp̄a. Nos qꝫ ducant ad superna polorū vera gaudia. Subiūgāt pium agmina. Amen redempta.

De sancto martino. Prosa.

Martine inclite presulum. vt supra.

De sancta katherina. Prosa

Vox sonora nostri chori nostro sonet conditori qui disponit omnia. Per quem dimicat in bellis per quem datur et puellis de viris victoria. Per quem plebs alexandrina femie non feminina studuit ingenia Cum beata katherina doctos vinceret doctrina ferrum patientia. Hec ād gloriam parentū pulcrum dedit ornamētum morum priuilegia. Clara p progenitores claruit p sacros mores amplior gratia. Florem teneri decoris lectionis et laboris attriuere studia. Iam plegit disciplinas seculares et diuinas in adolescentia. Vas electum vas virtutum reputauit sicut lutū bona transitoria Et reduxit in contemptum patris opes et parentum larga patrimonia. Vasis oleum includens virgo sapiens ⁊ prudens sponso pergit obuia. Et aduentus eius hora p̄parata sine mora intret ad conuiuia. Sistitur imperatori cupiens pro christo mori cuius ī presentia. Quinquaginta sapientes mutos reddit et silentes vir

ginis facundia. Carceris horrē
de claustrū ꝛ rotaꝝ triste plau-
strum famen et ieiunia. Et que
cunqꝫ fiūt ei sustinet amore dei
eadem ad omnia. Torta supat
tortorem supat īperatorē femi-
ne constantia Cruciatur īpera-
tor quia cedit cruciator nec va-
lent supplicia. Tandem capite
punitur ꝛ dū morte mors finit
vite subit gaudia Angelus mox
fuit cure dare corpus sepulture
terra procul alia. Oleū ex ipsa
manat quod infirmos multos
sanat euidēti gratia. Bonū no
bis dat vnguētū si per suū int-
uentū nostra sanet vicia. Gau-
dēs ipa videat de se presēs gau-
deat. Et futura prebeat que de-
dit presētia Et hic nobis gaude-
at illi nos ī gloria. Amen. De

sancto nycolao. Prosa.

Congaudentes exultemꝰ
vocali ꝯcordia. Ad bti nycolai
festiua solennia Qui ī cunis ad-
huc iacēs seruādo ieiunia. A pa-
pilla cepit sūma ꝓmereri gau-
dia. Adolescēs āplexat litterarū
studia. Alienꝰ ꝛ imunis ab oī la-
scíuia. Felix cōfessor cuiꝰ fuit di-
gnitatis vox de celo nūcia Per
quē ꝓuectus presulatꝰ sublima-
tur ad suma fastigia. Erat ī eiꝰ
aīo pietas eximia ꝛ egenis īpen-
debat mlta beneficia. Auro per
eum virginū tollitur īfamia at-
qꝫ patris earūdē leuat inopia.
Quidā naute nauigātes ꝛ con-
tra fluctuū seuiciā luctātes na-
ui pene dissoluta. Iā de vita de-
sperantes in tāto positi pericu-
lo clamātes voce dicūt oēs vna
O btē nicolae nos ad portū ma-
ris trahe de mortis angustia.
Trahe nos ad portū maris tu
qui tot auxiliaris pietati gratia
Dū clamarēt nec ī cassū ecce q-
dā dicens assū ad vestra ꝑsidia
Stati aura datur grata ꝛ tem-
pestas fit sedata quieuerūt ma-
ria. Ex ipsius tumba manat
vnctionis copia. Que infir-
mos omnes sanat per eius suf-
fragia. Nos qui sumus in hoc
mundo viciorum in profundo
iam passi naufragia. Glorio-
se nycolae ad salutis portum
trahe vbi pax et gloria. Ipsā
nobis vnctionem impetres a
domino prece pia. Qua sana-
uit lesionem multorum pecca-
minum in maria. Huius festū
celebrātes gaudeat ꝑ scla Et co-
ronet eos xp̄s post vite curricl'a

Amen dicant illi qui sunt i ecclia

In conceptõe btẽ marie. Prosa

Ad honorem messie qui natus est marie cantet egregie pseñs prosa. Sũ plena gaudio stat mater a filio cui⁹ ẽ conceptio gloriosa. Cõcepta carnaliter sancta spiritualiter mãnet eternaliter preciosa. De cui⁹ virtutibus ẽ auctor in oĩb⁹ vnitas stans in tribus generosa. Eius incarnatio ẽ nrã saluatio criminum ablutio nominosa. Finis ẽ miserie iniciũ glorie et oĩs leticie vernãs rosa. Gaudeat ecclesia pro tanta leticia quã dat nobis maria vite gloriosa. Hodie concipit̃ per quã nobis dabitur quo pestis dãnabit̃ odiosa. Jes⁹ ẽ finis oĩm finis et principiũ et virt⁹ fideliũ gratiosa. Carissima dña suscipe precamina nrã delecrimina gloriosa. Karolo ꝗ gratiã regi det et gloriã regina sit etiã augmẽtosa. Amẽ. Vel ista.

Dies festa celebretur i qua pia recenseturmarie conceptio. Huius laudes prosequamur nos qui tanto gratulamur dei beneficio. Felix quidã hic cõceptus per quã mũd⁹ est adept⁹ salutis remedia Hunc prophete preuiderunt patriarche ꝑdixerunt inspirante gratia. Virga florem conceptura stella solem paritura hodie concipitur Flos de virga processurus sol de stella nascitur ius christus intelligit̃ O ꝙ felix et ꝓclara mũdo grata deo cara fuit hec ꝯceptio. Qua salute destitutis reddit vere spes salutis luctus cedit gaudio. Virga iesse floruit xp̃m virgo genuit virgo mundi dña. Nouo quodam ordine sine viri semine virum parit femina. Noua mater nouam prolẽ noua stella nouũ solem noua ꝓfert gratia. Noua prorsus genitura creatorẽ creatura patrẽ parit filia. O mirandã nouitatem nouam quoqꝫ dignitatem dictat matris castitatem filii conceptio. Gaude virgo gratiosa virga flore speciosa mater prole generosa pleno plena gaudio Tu spes certa miserorũ vera mater orphanorũ virtute eximia Tu leuamẽ oppressorũ medicamẽ ĩfirmorum oĩbus es omnia. Te rogamus voto pari laude digna sigulari vt errantes in hoc mari nos in portu salutari tua sistat gratia. Aue decus virgineum aue

iubar ethereũ nobis preſẽs ſolẽ nitas da ſit ppes iocũditas tua nãq₃ cõceptio ſũmis ẽ gratulatio. Amẽ. In dedicatõe ecclie pſa

Clara chorus dulce pãgat nunc voce allã. Ad eťni regis laudem qui gubernat oĩa Cui nos vniuerſalis ſociat eccleſia Scala virens et pertingens ad poli faſtigia. Ad honorem cuius leta pſallimus melodia Per ſoluentes hodiernas laudes illi debitas O felix aula quã viciſſim cõfrequẽtãt agmina celica Diuinis verbis alternati iũgẽtia mellea cantica. Domus hec de qua vetuſta ſonuit hyſtoria ⁊ moderna proteſtatur chriſtũ facri pagina. Quã elegi eã thronũ ſine macula reges erit hec mea p eterna ſecula. Turris ſupra mõtẽ ſita ĩ diſſolubili bitamine fundata uallo perhẽni munita Atq₃ aurea colũpna miris acvariis lapidibus diſticta ſtilo ſubtili polita Aue mater precelecta xps ad quã fatur ita pphete facundia Spõſa mea ſpecioſa int filias formoſa ſupra ſolẽ ſplẽdida. Caput tuũ vt carmel⁹ ⁊ ipſius come tincte regis vti purpura. Oculi vt colũbarꝫ gene tue punicorum ſeu malorꝫ fragmĩa Mel et lac ſub lingua tua fauus ſtillans labia. Collũ tuũ vt colũpna turris et eburnea. Ergo nobis ſponſe tue famulãtibus o chriſte pietate ſolita. Clemẽs adeſſe dignare ⁊ in tuo ſalutari nos vbiq₃ viſita. Ipaq₃ mediatrice ſũme rex perpetue voce pura. Flagitamus da gaudere paradiſi ad gaudia Alleluya. De cõmuni apľorꝫ In natali vnius apľi vel pliorꝫ apoſtolorꝫ. proſa

Clare ſctõrꝫ ſenat⁹ apľorꝫ princeps orbis terrarum rectorq₃ regnorꝫ. Eccleſiarum mores ⁊ vitam moderare Que per doctrinã tuam fideles ſunt vbiq₃. Anthiocus et remus concedũt tibi petre regni ſoliũ. Tyrãnidẽ tu paule alexãdrinã iuaſiſti greciã. Ethyopes horridos mathee agnelli vellẽ Qui maculas neſciẽs aliqs veſtiſti cãdido. Thoma bartholomee iohãnes philippe ſymõ Jacobiq₃ pariles ãdrea thadee dei bellatores ĩcliti. En uos oriẽs ⁊ occidens imoteres mundi circulus ſe patres habere gaudent et expectant iudices. Et idcirco mund⁹ omnis laudes vobis et honorẽ ſctis

debitū supplex īpēdit alleluya.

In natale pluriorꝝ martirꝝ. ꝓsa.

Mirabilis deꝰ ī scis mirabilia dans magnifica. Qui fide ꝑclara vicerūt mūdi grauissima pericula. Judicū minas verbera ⁊ blandicias cōtēnētes mēte robusta verissimo fuderūt regi aīas. Ergo triumphant laurea cōpti capita secuti recte vestigia agni singularis iam christi sacrata. Cui assidue melliflua dant cantica eius ꝑdulcissima pleni gloria. Quorū celebrātes solennia cōsortio iungi quo mereamur xp̄s ānuat. Qui nrā ē gloria. Amē.

¶ In natali vnius martiris vel vniꝰ cōfessoris vel vniꝰ virgīs si festū fuerit dupˡ vel si ī doᵐ. euenerit. Prosa.

Superne matris gaudia repꝛesentet ecclīa. Dū festa colit annua suspiret ad perpetua. In hac valle miserie matˀ succurrat filie. Hic celestes excubie nobiscū stant in acie. Mundꝰ caro demonia dīuersa mouēt prelia. In cursu tot fantasmatū turbatur cordis sabbatū. Dies festos cognatio simlˀ hec hēt odio. Certant hi pari federe pacē de tra tollere. Confusa sūt hec omia spes metus meror gaudia. Vix hora vel dimidia sunt ī celo silēcia. Quā felix illa ciuitas ī q̄ iugis solēnitas. Et q̄ iocunda curia que cure prorsus nescia. Nec languor hic nec seniū nec fraus nec terror hostiū sed vna vox letantiū ⁊ vnus ardor cordiū. Illic ciues angelici sub hierarchia triplici trine gaudent et simplici se monarchie subici. Mirantur nec deficiūt in illū quē prospiciunt fruuntur nec fastidiūt quo frui magis sitiūt. Illic patres dispositi ꝓ dignitate meriti se mota iā caligine lumē vidēt ī lumie. Hic sctūs cuiꝰ hodie ꝓsa celebrātur solēnia. Jam reuelata facie regem cernit in gloria. Illic regina virginum transcendens culmen ordinum. Excuset apud dominum nostrorum lapsus criminum. Nos ad sanctorum gloriam per ipsius suffragia. Post presentem miseriam christi perducat gratia. Amen.

¶ De beata maria diebus dñicis. Alleluya. ℣ Reparatrix maria nobilis v̄go pura solatˀx aīe de ꝑcella vēta famlˀos pia matˀ tuos delibera o maris stella deꝑcare filiū ut donet trāſ

meare seculi preciū ⁊ videamus eū in poli aula. Prosa

Aue virgo virginū aue lumen luminum aue stella preuia. mediatrix hominū ablutrixqȝ criminū aue virgo regia Castitatis liliū cōsolatrix oīm pctōꝝ venia. Mūda sordes scelerū cicatrices vulnerū terge plena gratia De parēti vinculo hoste carne seclo libera nos maria Tu nrm̄ refugiū da reis remediū pocul pelle vicia. Infirmos tu visita mortuos resuscita da mestis solacia Per te iustis gratia p te reis venia datur et leticia. Virgo carens simili que tu mundo flebili contulisti gaudia Nos digneris visere ut cum christo viuere possimus in gloria. Amen. Feria .ii. Alleluya. V⁹. Ora p nobis pia virgo maria de qua xp̄s nat⁹ ē nobis vt pctōribus sit misertus. Prosa

Hodierne lux diei celebris i matris dei agitur memoria De cantem⁹ i hac die semper virgis marie laudes ⁊ preconia Omīs homo oī hora ipam ora ⁊ iplora eius patrocinia. Psalle psalle visu toto cordis oris voce voto aue plena gratia Aue dn̄a celoꝝ sexperta viri thorū parēs paris nescia Fecūdata sine viro genuisti more miro genitorē filia Florēs ort⁹ austro flāte porta clausa post et ante via iuris in via. Fusa celi rose tellus fusū gedeonis vellus deitatis pluuia. Salue splēdor firmamēti tu caliginose venti desuper irradia. Placa mare maris stella ne inoluat nos pcella ⁊ tēpestas obuia Amē

Feria tercia. Allā. Sctā dei genitrix vgo sēp maria itercede p nobis ad dn̄m deū nrm̄. Prosa.

Aue mūdi spes maria aue mitis aue pia aue plena gratia. Aue virgo sigularis que per rubum desinaris non passū incendia Aue rosa speciosa aue iesse virgula. Cuius fruct⁹ nrī luctus relaxauit vīcula Aue cui⁹ viscera contra moris federa ediderūt filiū. Aue carēs simili mūdo diu flebili reparasti gaudiū. Aue virginū lucerna per quam fulsit lux superna his quos vmbra tenuit Aue virgo de qua nasci et de cuius lacte pasci rex celoꝝ voluit Aue gēma celi luminariū. Aue sāctispirit⁹ sacrariū. O q̄ mirabilis et q̄ laudabilis hec est virginitas. In qua p spm

facta paraclitū fulsit fecūditas
Q̄ sctā q̄ serena q̄ benigna q̄
amena ē virgo credit. Per quā
seruit⁹ finitur porta celi aperit ꝛ
libertas redditur. O castitatis
liliū tuū precare filiū qui salus
ē humiliū. Ne nos pro nrō vicio
in flebili iudicio subiciat suppli
cio. Sed nos tua sctā prece mū-
dans a pctī fece. Collocet in lu
cis domo. Amē dicat oīs homo
Fe. iiii. Allā. V. Dulcis virgo
dulci nata dulcia pbēs hubera.
que sola fuisti digna lactare re-
gem celoꝝ ꝛ dn̄m allā Prosa
Aue maria grā plena dn̄s
tecū virgo serena. Bndi
cta tu in mulieribꝫ q̄ pepisti pa-
cem hoibus ꝛ āgelis gloriā. Et
bn̄dict⁹ fructus vētris tui q̄ co-
heredes ut essemus sui nos fecit
per grām. Per hoc aūt aue mū-
do tam suaue contra carnis iu-
ra Genuisti prolē nouū stella so
lem noua genitura. Tu parui ꝛ
magni leonis ꝛ agni saluatoris
xpi tēplū extitisti sed virgo itac
ta. Tu floris ꝛ roris panis ꝛ pa
storis virginū regina rosa sine
spina genitrix es facta. Tu ciui
tas regis iusticie tu mat es mie
theophilū reformās gratie. Te
collaudat celestis curia tu mat
es dei et filia p te reis donat ve
nia per te iustis confertur grā.
Ergo maris stella verbi dei cel
la et celis aurora. Paradisi por-
ta per quam lux est orta natum
tuum ora Vt nos soluat a pecca
tis et ī regno claritatis q̄ lux lu
cet sedula collocet p secula Amē
Feria. v. Allā. V. Virga iesse flo
ruit Vgo deū ꝛ hoīem genuit pa
cem deus reddidit ī se recōsiliās
pma summis. Prosa.
Verbū bonū ꝛ suaue psone
mus illud aue per qd̄ xpi
fit conclaue virgo mater filia.
Per quod aue salutata mox cō-
cepit fecundata virgo dauid stir
pe nata īter spinas lilia. Aue ve
ri salomonis mater vellus gede
onis cuius magi tribus donis
laudent puerperium Aue solem
genuisti aue prolem ptulisti mū
do lapso contulisti vitam ꝛ ipe-
rium. Aue sponsa verbi summi
maris portu signū dumi aroma
tum virga fumi angeloꝝ domi-
na. Supplicamus nos emenda
emēdatos nos cōmenda tuo na
to ad habēda sempitna gaudia.
amē. Fe. vi. Allā. V. post partū
Vgo inuiolata pmāsisti dei gēitx

intercede p nobis Prosa

Hac clara die turma festiua dat preconia. Mariā cōcrepando symphonia nectarea. Mūdi dña q̄ es sola castissima virginū regina. Salutis causa vite porta atq; celi referta grā. Nam ad illam sic nūcia oli fctā angelica. Aue maria grā dei plena per secula mulierū pia agmina intra semper bñdicta Virgo et grauida mat intacta ple gloriosa Cui cōtra maria hec reddit famina In me quomodo tua iam fiant nūcia. Viri noui nullam certe copulā. Ex quo atq; nata sum icorrupta. Diua missus ita reddit affata. Flatu sacro plena fies maria. Noua efferens gaudia celo terre nati per exordia Intra tui vteri claustra portas q̄ gubernat ethera. Dia q̄ dat tpa pacifica. Sabbō. Allā. V. Ante thronū trinitatis miserorū miserata pia mat pietatis sis pro nobis aduocata causam nrē paupertatis corā deo sustine z vēiā de pctis seruis tuis obtine

Marie preconio seruiat ¶ pla cū gaudio feruens desiderio ver⁹ amor Amoris suffragio p̄stetet filio matris i obseq̄o cordis clamor Aue salus hoīm vgo decus vginū te decet post dñm laus et honor. Tu rosa tu liliū cuius dei filiū carnis ad cōnubium traxit odor Aue manēs sacie fons mie vera mētis saucie medicina Tu pincerna venie tu lucerna grē tu supne glē es regina Aue carens carie speculū mūdicie venustās ecclie sacramētum Tu finis miserie tu ver es leticie pacis et concordie cōdimētū. O felix puerpera nrā pians scelera iure matrs ipera redēptori. Da fidei federa da salutis opa. da i vite vespera bn̄ mori. Amē

In tempore paschali Prosa

Virginis marie laudes itonāt christiani. Eua tristis abstulit sed maria ptulit natū qui redemit pctōres Ius z virt⁹ modulo conuenere mirādo marie filius regnat de⁹. Dic nobis maria virgo clemēs z pia. Quomodo facta es dei genitrix cum tu sis plasma ex te nascētis Angelus ē testis ad me missus celestis Natus est ex me spes mea s; incredula manet iudea. Credēdū ē magis soli gabrieli forti q̄ iudeorū praue cohorti. Scimus xpm pcessisse ex maria mrē tu

nobis nate rex miserere alla.

Item alia prosa.

In honore marie virginis
q̄ nos lauit a labe criminis exul-
temus hodie dies et leticie. De
radice iesse propaginis hāc edu-
xit sol veri luminis manu sapiē-
tie sue tēplū gratie. Stella no-
ua nouiter oritur cui⁹ ortu mors
nostra moritur eue lapsus iam
restituitur in maria. Vt aurora
surgēs ꝓgreditur sicut luna pul-
cra describit̄ supra cūcta vt sol
erigitur virgo pia. Virgo mat̄
et virgo vnica virga fumi aro-
matica in te celi mundiq₃ fabri-
ca gloriatur Quem terrena tre-
munt ₇ celica natum paris stir-
pe dauitica ius hoc negat ius ta-
men deica operat̄. Cui sedē ele-
git pectoris qui quos fruct⁹ dan-
nat arboris de profundo in toto
lictoris restituit. Verbū patris
ꝓcessu tp̄is intra tui secreta cor-
poris nos a nexu funesti pigno-
ris eripuit Condoluit humano
generi virginalis filius uteri ac-
cingentur senes et pueri ad lau-
dem virginis. Qui poterat de
nobis conqueri pro pctō parētū
veteri mediator voluit fieri. dei
et homis O maria dulce cōmer-
cium intra tuū celati vterū quo
salutis reis remedium indulget̄
O vera spes et verū gaudium
fac post vite p̄sētis tediū vt op-
tatū i celis brauiū nobis detur.
Amen. Item alia prosa.

Laudes xp̄o decātem⁹ ma-
tris eius q̄ gaudem⁹ speciali glo-
ria. Dulce melos tangat celos
nā bēignā dulci dignā credim⁹
melodia. Voci vita conforme-
tur vt sincere celebretur marie
memoria Serui nati matrem
laudēt qui per matrem sibi gau-
dent vite dari munera. Dicant
omnes et dicant singuli aue sa-
lus totius seculi virgo ₇ puerpe-
ra. O q̄ felix q̄ p̄clara ē maria
christo cara plena sanctospiritu
parit plena numine mundātē
a crimine sine viri coitu. Hec est
scala peccatoꝝ per quā christus
rex celoꝝ descēdit ad īfima. For-
ma cuius singularis per quam
oīs salutaris dona dāt̄ intima.
Virgo signū speciale mūdi vera
salus uale inter ligna nullū ta-
le fronde flore germine. Medici-
na christiana salua sanos egros
sana quod non valet vis huma-
na fit in tuo nomine Assistētes
mr̄is laudi tue iesu nos exaudi

atqȝ seruos tue matris post hãc vitã dei patris transfer ad palacia. Quos tormẽto vis seruire fac tormẽta non sentire sȝ cum dies erit ire nobis cõfer ⁊ largire sempiterna gaudia. Amen

De sãcto spiritu. Prosa.

Ueni sancte spiritus ⁊ emitte celitus lucis tue radiũ. Ueni pat pauperũ veni dator munerꝫ veni lumẽ cordiũ. Consolator optime dulcis ospes anime dulce refrigeriũ. In labore requies in estu temperies in fletu solatium. O lux beatissima reple cordis intima tuorꝫ fideliũ. Sine tuo numine nichil est in lumine nichil est in noxium Laua qđ est sordidũ riga quod ẽ aridũ sana quod est sautiũ. Flecte qđ est rigidũ foue quod est frigidũ rege qđ est deuiũ. Da tuis fidelibꝰ in te confidentibȝ sacrum septenarium Da virtutis meritũ da salutis exitum da perhenne gaudium. Amen.:.